

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Expositio officii missae sacrique canonis

[Reutlingen], 1. Sept. 1483

[Liber secundus de perficientibus hoc sacramentum dignissimum et de periculis circa hoc contingentibus]

[urn:nbn:de:bsz:31-319967](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-319967)

De panis aut sicut sunt pallée altaris
 cortine eccie. vestimenta ministroz
 siue sacra vasa. nō debent conuerti in
 vsum laicoz vel ad pphanos vsus. s; si
 aliqua vestimēta sacra vel panni sint
 vetustate consumpta/ debent cōburi.
 et cineres recondi sub baptisterio. v; in
 pariete eccie. aut alio loco tuto. ne
 ab incedentiū pedibus scylent. De
 lumine vero dicit Hostiū. q; sine lumi
 ne non debeat missa celebrari. Vñ Le
 uitici. vi. ca. Ignis in altari meo semp
 ardebit. Lū ratio est. q; ille ibi sacra
 mentaliter existit. qui de seipso dixit.
 Joh. viij. Ego sum lux mundi. Et de
 quo sine on Luc. j. Lumen ad reuelati
 onem gentium. et gloriā plebis tue
 israel.

Incipit liber secundus

Expeditus per dei gra
 de prima parte/ seu de
 primo libro huius to
 tus laboris/ sc; de qui
 busdam pcedentibus et
 disponentibus/ ad dominici corporis
 tractatiōem et sumptiōem/ et de ipō
 sacramento corporis xpi scdm se. et de
 ipa missa in generali/ que omnia pro
 hemialiter seu introductorie sunt pre
 libata. iam qntum ad librum secundū.
 officium misse in se et in suis ptibus si
 gillatim. et diuisim/ vna cum gestibus
 sacerdotis/ restat declarandū. quibus
 expositis et declaratis/ clare appare
 bit que sint perāciētia sacramentum
 corporis xpi. Et q; officium misse scdm
 quosdam tm in tres partes diuiditur.
 sc; in partem preparatoriā. instructori

am. et oblatoriam. Pars instructoria
 incipit ab epistola. et terminat in offer
 torio. Et pars antecedens epistolā est
 preparatoria. Oblatoria vero pars in
 cipit in offeritorio. et terminat in fine
 misse Ideo illam diuisionem causa bre
 uitatis sequēdo/ hunc librum secundū
 diuidam in tres tractatus Quoz pri
 mus erit de parte preparatoria Secū
 dus de instructoria. Tercius de obla
 toria. Tractat^{us} primus xi. ca. p̄inebit.
 De debita ministri dispositiōe et eius
 preparatiōe capitulū primū
 De introitus allegorica et etiam tro
 pologica significatiōe caplin scdm.
 De laude sancte trinitatis/ sc; gloriā
 patri capitulū terciū
 De accessu altaris capitulū quartum.
 De osculo altaris et de signo crucis.
 capitulum quintum.
 De translatiōe ad dexteram partem
 altaris et de libri apertione ca. sextum
 De Kyrieleyson caplin septimū.
 De cantu angelico/ sc; gloriā in excel
 sis et de et^{er} expositiōe. et quare i missa
 beate virginis in hoc cantico interpo
 nitur/ spiritus et alme orphanorum.
 capitulum octauum
 Quare non semper canitur gloriā in
 excelsis caplin nonum
 De salutatione sacerdotis scilicet. do
 minus vobiscum et de collecta capitu
 lum decimū
 De numero collectarum et de conclu
 sione earundem capitulū vndecimū

Capitulum primum. De debita ministri dispositione et eius preparatione.

Debitam ministri preparationem quatuor requiruntur. Primum est manuum lotio. Et hoc propter duo. Primo ut mundus accedat ad tangendum corpus christi. quia si munde debet tangi panis materialis in seculo fortius ille panis celestis. Secundo quia significat ablutio mentis per contritionis amaritudinem. Iuxta illud ysaie. primo. Lauamini et mundi est ore. Secundum quod requiritur est peccatio. propter duas causas. Prima est literalis. scilicet quod pili decenter ornentur et stent bene formati. et ne aliqui cadant super sacrificium. Secunda causa est magis mystica. quia sacra scriptura per pilos nostros intelligit cogitationes nostras innumerabiles. que tunc debent eradicari. Iuxta illud ysaie. xvij. Auferite mala cogitationum de cordibus vestris. Et Deutero. xvij. Auferes malum de medio. Tertium est quorundam psalmorum oratio. quantum ad illos precipue qui dicunt officium romanum. quod linus papa instituit. scilicet Quia dilecta. Benedixisti domine. Inclina domine. Credidi. et De profundis. Et dicuntur quinque psalmi secundum Innocentium. ut si quis quinque sensuum transgressione aliquid commiserit. quinque psalmorum oratione detergat. Et dicuntur isti singulariter quia in quolibet illorum fit recordatio de his. que spectant ad hoc sacrificium vel ad remissionem peccatorum. In primo de altaris officio cum dicitur altaria tua domine virtutum. In secundo de misericordie dei ostensione. cum dicitur. Ostende nobis domine misericordiam tuam. In tertio de adoratione. Venient et adorabunt coram te domine.

In quarto de deuota oblatione cum dicitur Calicem salutaris accipiam et nomen domini inuocabo. In quinto de finali redemptione. cum dicitur. Apud dominum misericordia et copiosa apud eum redemptio. Quartum quod ibi concurrat. est sui et populi cum aqua benedicta aspersio. et precipue in die dominico. Ubi primo videndum est ex quibus debeat constare aqua benedicta. Et videndum quod debet constare ex aqua et sale. Sal autem significat discretionem sacerdotis. Unde in antiqua lege in sacrificio sal imponebatur. In immersione autem seu in immixtione salis cum aqua. tres cruces fiunt. ad denotandum quod totum a sancta trinitate procedit. aqua vero significat populum. Unde dicitur. Ilque multe. populi multi. De modo autem aspergendi cum aqua benedicta est sciendum. quod primo debet aspergere altare quod significat christum. ad effugandum demones ab illo. a quo ad populum gratia diruatur. postea populus debet aspergi propter tria. Primo propter demonum expulsionem. Secundo propter venialium deletionem. Tertio ad mentis satisfactionem. de psalmo. di. iij. c. Requiesce. Quid autem debeat cantari in asperione sciendum. quod a festo penthecostes usque ad festum pasche debet cantari. Asperges me domine etc. cum versu miserere mei deus. In quo petuntur gratiam iustificante dicendo. Asperges me. id est aspergas me. quia hebrei non habent operatum modum. Sed pro eo utuntur futuro indicatiui modi. sequitur. yfopo et mundabor. hic loquitur de mundatione spirituali per modum emundationis corporalis. Ubi sciendum secundum Augustinum. et glo. super versum asperges me. psal. l. quod yfopum est herba humida et medicinalis radicibus suis.

adherens saxo. et scdm medicos. pulmones in quib⁹ est inflamatio. purgat. Ideo dicit Aug⁹. Esto humilis in humili deo tuo. et aspergeris yfopo. et humilitas xpi te mundabit. et omnem inflationem supbie tollet. et ita pulmonem purgabit. dum fixus sis in radice caritatis. Item Leui xiiij. habet quod leprosus mundandus aspergebat yfopo intincto in sanguine passeris ita qd yfopus erat tanq³ asperforium. Constat aut⁹ qd peccatum est lepra spualis. Sicut ergo corporalis yfopus intinctus in sanguine passeris. valuit ad emundationem lepre corporalis. sic humilitas in radice caritatis fixa id est in xpo. et tincta in eius sanguine p efficaciam passionis eius mundat nos a lepra spuali scz a peccato. Juxta illud Apli. ad Hebre. ix. Si sanguis hyrcorum et thaurorum et vituli aspersus inquinata sanctificat. quanto magis sanguis xpi / qui p spum sanctum obtulit seipm immaculatum deo / emundabit conscientiam nostram ab opib⁹ mortuis. Constat aut⁹ qd hoc fecit p maximam humilitatem. Juxta illud ad Phil. ij. Humiliauit seipm factus obediens usq³ ad mortem Unde hac humilitatem cum memoria passionis xpi habentes / beatus petr⁹ vocat electos scdm prescientiam dei patris / in iustificatione spiritus / in obedientiam et asperione sanguinis iesu xpi. Prima pe. primo. Est ergo sensus. quasi diceret scdm glosas Incerta et occulta sapientie tue manifestasti mihi. et ita certius. qd asperges me dñe yfopo id est virtute humilitatis / fixa in radice caritatis in xpo et intincta in eius sanguine / a quo habet efficaciam. sicut omnia sacramenta eucaristie efficaciam hnt a passione xpi. et sic mundabor a lepra peccati. Et notat

Innocentius in prima particula trinitatis scilicet. in redemptis pluralitate. in redemptione utilitatem. Pluralitas in redemptis innuitur cum dicitur Asperges me. Quod enim aspergitur in multis locis circumfundit. propter quod veritas ait. Hic est sanguis meus novi testamenti qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Math. xxij. Humilitas in redemptione designat cum dicit yfopo. Quia humilis et medicinalis herba est christus. Christus enim per suam humilitatem / fidelibus suis tribuit salutarem medicinam. Unde dicebat. Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Math. vij. Utilitas in redemptione apparet cum subditur. et mundabor super nivem. Quonia sicut apostol⁹ ait sanguis eius emundabit conscientias nostras ab operibus mortuis. vbi supra. Cum igitur audis Asperges me domine yfopo et mundabor. in asperione sanguinis xpi passionem intellige. Deinde laubis me. ibi subdit emundationem que fit in aqua baptismi / vel in penitentie lotionem. Quia vt dicit Innocentius. Cum audis laubis me et super nivem dealabor. in ablutione aque baptismi / sacramentum regenerationis agnosce. vt fit sensus scdm glosas. Laua me aqua baptismi. id est sicut in baptismo lauas fideles tuos tempore gratie. ita nunc laubis me aqua salutaris penitentie. Et illa aqua est gratia dei. que in anima efficit penitentiam fructuosam. De qua Ezechielis. xxxvi. Effundam supra vos aquam mundam et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et tanguntur hic tria scdm Innocentium. ad effectum baptismi pertinentia / scilicet remissio

culpe. Seletio pene. et infusio gratie p̄
 mum notatur cū dicitur. lauabis me.
 Secundum cum additur. dealbabor.
 Tertium cum subditur: super niuem id
 est incōperabiliter vt dicit glo. Lan/
 bor enim spiritualis/ incōperabiliter
 maior est q̄ corporalis. vñ sp̄oē. vij.
 dicit. Lauent stolas suas. et dealbaue/
 runt eas in sanguine agni. Et ysaiē pri/
 mo dicit. Si fuerit peccata vestra vt
 coccinū/ quasi nix dealbabitur. et si fu/
 erit rubra quasi vermiculus/ velut la/
 na alba erit. Et notat hic Aug⁹. q̄ san/
 eti sic loti et dealbati/ recte possunt dī/
 ci vestis christi sine macula et sine ruga.
 Unde vestis xp̄i in monte tanq̄ deal/
 bata refulsit. Mathi. xvij. Ideo signi/
 ficat ecclesiā ab omni macula mundam.
 Unde apostol⁹ ad ephē. v. Xpc dilex/
 it ecclesiam et semetipm tradidit pro ea
 vt illam sanctificaret/ mūdans eam la/
 uacro aq̄ in verbo vite: vt exhiberet
 sibiip̄i gloriofam ecclesiam nō habentem
 maculā aut rugam aut aliqd̄ hui⁹
 modi. sed vt sit sancta et immaculata.
 Sequitur versus Miserere mei deus
 vnde Aug⁹. Qui magnam misericor/
 diam deprecatus est. magnam miseriam
 confitetur. Ubi sciendū. q̄ p̄fitetur se
 miseram creaturam. et deū misericor/
 dem creatorem et sic cōfitetur quattu/
 or. scilicet duo in se. scz miserā et natu/
 ram. In deo duo scilicet. om̄ipotentia
 et clementiam. Miserā confitetur cū
 dicit. miserere. naturā cū dīc. mei. oīpo/
 tentia cū dīc. d̄s. clementia cū dīc. secū/
 dum magnam misericordiā tuā. quasi
 dicat. P̄carat creator creature. et mi/
 sericors miserie. vnd̄ Aug⁹. Subueni
 graui vulnere. scdm magnā medicinā
 tuā. Braue est quod habeo. sed ad om̄i/
 potentem cōfugio. de meo tam letali

vulnere desperarem. nisi tantū medi/
 cum reperirem. Et dicit miserere mei
 deus. quasi diceret. tibi propriū est mi/
 sereri et parcere. quia natura tua mise/
 ricordia est. et tu solus peccata dimit/
 tis. iuxta illd̄ Luce. v. Quis potest pec/
 cata dimittere nisi sol⁹ d̄s. quasi dicat
 nullus. Et bene dicit fm magnā mise/
 ricordia tuā. et nō dicit secundū legis
 iusticiā. quia Leui. xx. dicitur. Morti
 adiudicabunt mechus et adultera. Et
 quāuis forte rex dauid huic pene sub/
 iaceret. licet per nullū hominē sibi in/
 fugi posset talis pena cum nō haberet
 talem iudicem superiorem se. nouit ta/
 men se quantū ad diuinam iusticiā di/
 gnū esse pena grauiori. Ideo cōfugit
 ad misericordiā dei. Innocenti⁹ Mi/
 serere mei deus. quia misericordia tua
 plena est terra. et miserationes tue sup/
 omia opera tua. Q̄ delectabilis ser/
 mo. suauis locutio. dulce verbum. et ne/
 cessariū peccatori. vtile misero. et con/
 grauiū penitenti. Nec semel/ sed sepe cū
 amaritudine cogitādum. cū dolore dī/
 sternendū. et cum lacrimis iterandū.
 ex toto cord. ex tota mēte. ex tota ani/
 ma. ex totis affectib⁹. et totis viscerib⁹
 tuis. totis medullis. cū suspirijs et sin/
 gultibus atq̄ lamētis exclamādū/ scz
 miserere mei d̄s. Al pascha vō vsq̄ ad p̄/
 thecosten cātatur. Uidi aq̄. et est sum/
 ptum de ezech. ca. xl. vij. Ubi duo si/
 gnificā. scz redēptio p̄ passionem. et sa/
 tisfactio per sacramentorum instituti/
 onem. Et ideo illo tempore cantatur
 quod est propinquū passioni/ et satisfi/
 ctioni/ et vsui baptismi/ quod fiebat
 antiquē sabbato ante pascha et pen/
 tecosten. de consecra. diu. iij. capitulo
 baptisandi.

Capitulū scdm De introitū
allegorica ⁊ tropologica si-
gnificatione.

Receptio misse tres habuit variētatēs
olim. Aliquando em̄ a lectione incho-
ratur. sicut hodie fit i sabbato pasche
Postea celestinus papa p̄mus/ psal-
mum decātari ad introitum misse insti-
tuit. vnde adhuc vnus versus eiusdē
psalmi anthiphonatim ad introitū cā-
tatur: Secundo ex ordinatione beati
gregorij/ qui anthiphonas ad introi-
tum modulandas cōposuit. ⁊ cum can-
tu ordinavit. Et de consē. dis. p̄ma dī-
citur. q̄ philogius papa p̄pter sedm̄
cantancū/ et grauitatē/ ⁊ p̄pter mul-
titudinem psalmoz/ ordinavit q̄ de il-
lis psalmis sumeret aliqua pars/ in q̄
intentio psalmiste explicaret. sicut est
introitus cōmuniter/ ⁊ versus/ ⁊ gra-
duale. offertoriū. et cōmune: Introitū
misse in duplici sunt differentia. Aliq̄
sunt regulares. aliqui nomiantur irre-
gulares. Regulares sunt qui accipiū-
tur de psalmis/ vt sunt isti introitus:
Ald te leuau. Dixit dñs ad me. Et p̄o
maiori parte/ ipsi introitū de psalmis
sumūtur. Cuius vna causa fm̄ ysidoz
est ista. quia iste liber psalmozū quasi
cōclusiue. continet in se totam sacram
scripturā. quia in eo scribitur p̄mum
bonozū ut ibi. gratiā ⁊ gloriā dabit do-
minus: Supplicū malozū/ ut ibi veni-
at mors sup illos Profectus stutum
ibi. Ibunt de virtute in virtutē. Itē
ibi describit p̄fectio opationum/ Ibi
expecta dñm viriliter age. Elita eter-
na beatorū/ Ibi. Credo videre bona
domini in terra viuentium: Specula-
tio supnozū/ ibi. placebo domino in re-
gione viuozū. Et cum hoc liber ille ha-

bet modū loquendi narratozū. orato-
rium. ⁊ inuocatozū. Et versus facile
et apte/ omnibus festis ⁊ cuilibet ma-
terie ac tempoz/ sunt applicabiles. Al-
lia causa est. q̄a psalmista anthonomas-
tice id est p̄ excellētiam. p̄e ceteris de
incarnatione dñi ⁊ de ei⁹ passione pro-
phetavit. Irregulares introitus sunt
qui fm̄ variētates solennitatum ex
diuersis locis sacre scripture. preter
q̄ de psalmis excerpti sunt ⁊ cōpositi
vt ibi. Viri galilei. de actib⁹ apostolo-
rum. Duer natus est nobis. de ysaiā
⁊ sic de alijs. Et dicit introitus ab in-
troeundo. eo q̄ dum illa anthiphona
cantatur. sacerdos celebratur⁹ ad alta-
re intrat. Vel quia p̄ ipam anthiphon-
nam. ad officium misse intratur: Est
sciendum de introitu regulari. q̄ si p̄-
mus versus psalmi est introitus. tunc
aliquis de sequentib⁹ versibus eiusdē
psalmi erit versus ipi⁹ introitus: ver-
bi gratia. P̄m⁹ introitus in aduen-
tu dñi est. ad te leuau. Cuius versus ē
vias tuas domine demonstra mihi.
Sic potest de p̄similib⁹ suo modo de-
clarari. Si vero introitus nō est p̄m⁹
versus psalmi. sed aliq̄s alius de seque-
tibus. tunc p̄mus versus ipius psalmi
erit versus ipi⁹ introitus. vt in prima
missa natalis domini. introitū est Do-
minus dixit ad me. ⁊ vsus: Quare fre-
muerūt gentes. ⁊ hoc fit ad designan-
dum vnionē ⁊ p̄nexionem capitis sez
christi. et sui corporis mistici sez eccle-
sie. Sed quia officium misse. principa-
liter ⁊ de per se xpm̄ respicit. et cū om-
nia facta christi. a principio vsq̄ ad finē
ad memoriam ⁊ specialiter in missa de-
bent reuocari. igit scdm̄ expositores.
per introitum representat desiderū san-
ctoꝝ patriū: ⁊ suspiria eozū de aduētū

christi in carnem. Chorus intonans ⁊
cantas introitum multitudinem desig-
nat prophetarum. ⁊ chorū sanctorū patz
aduentum xpi cum multis suspirijs et
gemitibus expectantiū ⁊ dicentium:
Emitte domine agnum dñatorem ter-
re. de petra deserti ad montem filie sy-
on. Et iterum. Ceni domine ⁊ noli tar-
dare. relaxa facinora plebis tue. Quid-
rum desideria domini nota fecit disci-
pulis suis dicens. Beati oculi q̄ vidēt
que vos videtis. multi em̄ reges ⁊ pro-
phete voluerūt videre que vos vide-
tis. et audire que vos auditis. ⁊ nō vi-
derunt neq; audierūt. Luce. x. Et idō
in p̄ma dñica aduent⁹. in qua aduētus
domini in carnem ab ecclesia recolit⁹
introitus in p̄sona sanctorū patrū sic
ūtonatur. Ad te leuavi animā meam.
Sed repetitio introitus. multiplicā-
tionē desiderij ⁊ clamoris illi⁹ insinu-
at. Unde ysai. xxviii. Manda reman-
da: expecta ⁊ reexpecta: modicū ibi. mo-
dicum ibi. Et abac. ij. dicif. Et si morā
fecerit expecta eum. quia veniens ve-
niet ⁊ nō tardabit. Vel scōm alios. in-
troitus idō resumit. quia tam p̄ceden-
tes xpm̄ scz patriarce ⁊ p̄phete: q̄ scz
quentes scilicet apostoli ⁊ euāgeliste ⁊
alij cōcordes sunt de fide christi: qz tur-
ba que p̄cedebat ⁊ que sequebatur cla-
mabat dicens. Hosanna fili dauid. Ma-
thēi. xxi. Uersus vero introitus/ qui
q̄damodo vt plurimū videtur altius
sonare/ illius desiderij ⁊ clamoris desi-
gnat immēstatē. Undē q̄dam dicebāt
Utinam dirumperes celos et descen-
deres. Illij. Mitte q̄z missurus es. Et
psalmista. Domine inclina celos tuos
⁊ descēde. Secundū alios vero intro-
itus cui⁹ cantus est grauior ⁊ inuoluti-
or. designat exultationē sanctorū patz

ante legem de aduentu christi. Undē
saluator. Abraam exultauit videre di-
em meum: vidit. ⁊ gauisus est. Jobis
viij. Uersus vō cuius cantus clarior
est ⁊ planior. exprimit desiderij p̄phe-
tarum sub lege. qd̄ ex clariozi noticia
p̄cessit. Sed repetitio introitus desi-
gnat exultationē patrū noui testamē-
ti. de incarnatione xpi: qui p̄memoran-
tes ⁊ ad memoriā reuocātes. ⁊ repetē-
tes suspiria patrū veteris testamenti
recurunt ad antiquas scripturas pro
testimonio christi incarnati.

Capitulū terciū. De laudē
sancte trinitatis scilicet glia
patri.

Plus sancte trinitatis que in
hoc cantico scz gloria patri
exp̄mitur. inter introitum ⁊
eius repetitionē post vsū interponi-
tur ⁊ decātatur. ad p̄sutationē errorū
arrii ⁊ nestozij hereticoz. qui dixerunt
spiritū sanctū nō esse equalē in gloria:
patri ⁊ filio. sed esse seruū patris ⁊ filij
Legitur em̄ qd̄ ad petitionē damasi pa-
pe. beat⁹ Hiero⁹. gloria patri compo-
suit. ⁊ ip̄e damasus papa ad missam cā-
tari instituit ⁊ p̄cepit. Ut igitur p̄sem
⁊ filium ⁊ spiritū sanctū. eq̄lem gloriā
⁊ maiestātē credam⁹ habere. Idcirco
gloria patri ⁊ sic missē adiungitur. vt
sic sensus cōtra arriū. Inde fit par ho-
noz patri ⁊ filio ⁊ spiritui sancto. sicut
erat ei gloria in p̄ncipio. id est ante q̄z
angelica ⁊ humana natura laberetur.
qñ eum laudabāt astra ⁊ natura: quis
gloria nūc est ei a beatīs. ⁊ erig inper-
petuū. Vel quasi sic dicat. q̄uis deus
pater genuerit filium. ⁊ fili⁹ ei⁹ homo
factus sit ⁊ sp̄s sanctus missus: Non

tamen eorum dignitati in aliquo est de-
tractum aut derogatum sed tanta glo-
ria et perfectio eis nunc est et erit imper-
petuum quanta erat eis in principio et
ab eterno. Ecce quod profundum misterium
et quod tremende maiestatis iudicium in-
gerit nobis auditio huius versiculi ut
merito ad eius prolationem inclinemus et
genua flectamus. considerantes altitu-
dinem diuine maiestatis et immensitatem
summe bonitatis: Sed quare gloria
patri interponitur. quidam dicunt sic
ad designandum quod tota sancta trinitas
indiuise incarnationem filii dei operata
quam desiderabant venturam sancti
patres veteris testamenti ut dictum
est in capitulo precedenti. ideo ad lau-
dandum et ad gratiandum et ad reddendam
gloriam deo de hac ineffabili mai-
estate sancte trinitatis gloria patri in-
terponitur. Secundum vero innocetium
et rationale interpositio glorie seu huius
catalene glorie patri captationem be-
nivolentie designat ut eum quem expec-
tabant sancti patres obtinerent et to-
tam trinitatem glorificando cantabunt
dicentes. Ostende nobis domine mise-
ricordiam tuam. Ostende nobis faciem
tuam et saluauerimus: Qui sedes super
cherubin appare. Sed dubium quare
aliquando gloria non dicitur. ut patet
in missa pro defunctis. Non canitur glo-
ria patri propter tria. Primo propter in-
certitudinem de eorum liberatione. Secundo
propter hoc. quia creditur eos esse in
statu pene sed in purgatorio et gloria
distantes. Tertio quia ibi nil meritorum
agunt sed tantum penam solvunt. Ad do-
minice vero passionis usque ad pascha
non dicitur. quia tunc fit memoria de
passione filii dei que passio in mentibus
nostris memorata magis lugere licet

quod gaudere

Capitulum quartum De ac-
cessu altaris.

Um introitus a choro can-
tur sacerdos de sancta egressus
ditur. et ad altare accedit
significans quod christus expectatio gentium
de occulta habitatione egressus est in
mundum ut se pro nobis in sacrificium
et hostiam placabilem deo patri offer-
ret et de sancta ac secreta eade ingiter
clausa sed de virginali utero tanquam
sponsus de thalamo ingressus est mun-
dum. ut in ipso benedicerentur omnes
gentes. Quandoque autem sacerdos sacris
vestibus indutus cum solennitate pre-
cedentibus ministris videlicet subdiacono
et diacono ordinate ingreditur ad
altare dei Et in solennitatibus secundum morem
quorundam ecclesiarum precedunt ministri
ceroos deferentes. et thuribularium quod
primo precedit et designat odorem bonae
fame ut posset dicere christo. Bonum odor
sumus. ij. ad Corinthios. ij. Item signifi-
cat quod licet sacerdos debet orare quo-
niam debet esse in caritate: Sed sensum
eius patet. quod nisi sint accessum non est nec
ascendit sursum nisi sit in thuribulo in
quo sit ignis. sic nec oratio ascendit ad
deum. nec placet sibi nisi in corde ora-
tis sit ignis caritatis. et tunc optime as-
cendit. Unde psalmista. Dirigatur ad
te domine oratio mea sicut incensum
Dyaconus et subdyaconus qui sacer-
dotem precedunt significat homines
qui fuerunt tempore legis nature et sub
tempore legis scripte qui christum prebant
et per eandem fidem eadem expectaci-
one eademque deuotione venientem dei
filium assumpto homine suscipere cupiebant

Hii tamen qui erant sub lege nature/
 cum essent in errantiū multitudinē / iō
 a sinistris positi erāt quasi remotiores
 aut minores in benedictiōe dei vt sub
 dyaconus in ordine ministerij sui. Hii
 vero qui erant sub tempore legis scri-
 pte seu sub lege gratie / eo q̄ in conta-
 minatū lumen legis effulsisset et cla-
 ruisset. oraculo pphetarū verius ⁊ cla-
 rius xpm̄ in carne venturū cognoue-
 runt. idō quasi a dextris positi vt dya-
 conus expectabat benedictiōem quā
 daturus erat legislator id est interpre-
 tator legis / et legis executor xpc / pro
 ximo affuturus. Sed ministri cereos
 deferētes cū quibus peccat sacerdos
 quōq̄ in solennitatib⁹ significat duo te-
 stamenta. scz vetus et nouum. sub du-
 plici sensū. literali videlicet et mistico
 plenius intelligenda. que in aspiratiōe
 gratie spūs sancti xpm̄ mundi lucē nun-
 ciabāt. Ipse em̄ xpc a pphetis in veteri
 testamento aduenire est pphetatus. in
 nouo testamēto iam aduenisse ab apo-
 stolis est p̄dicatus. Et notandum q̄ in
 diebus festiuis duo sunt accolliti / sed
 in profestis tantū vnus. Ratio potest
 esse. qz sacerdos ad altare veniens si-
 gnificat xpm̄ venientē in hūc mundū
 Duplex aut̄ est aduent⁹ xpi. vnus q̄ si-
 sp̄ialis et occultus scz in carnem / quē
 precessit tantū vnus p̄cursor videlicet
 iohannes baptista. De quo dicit Job. i.
 Preibis em̄ ante faciem dñi. Ali⁹ aut̄
 erit generalis sollemnis et manifestus.
 scz aduētus ad iudiciū. De quo Ps̄.
 Deus noster manifeste veniet hūc aut̄
 duo p̄cedent. scz helyas et enoch. et iō
 in profestis diebus et ferialib⁹ est vn⁹
 accollitus / representans iohannē bap-
 tistam. in solennibus duo representans
 helyam et enoch. Rationale vō dicit.

q̄ subdyaconus significat iohannem
 baptistā / qui xpm̄ precessit in spiritu ⁊
 virtute helye / qui et ante xpm̄ p̄dicati-
 onem euāgelicam inchoauit / dicēs pe-
 nitentiā agite ⁊ p̄p̄inquabit em̄. regnū
 celorū Math. iij. Sed dyacon⁹ repre-
 sentat pphetas / qui annūciauerūt vi-
 tam xpi vt in euāgelio p̄tinet venturā
 Sacerdos aut̄ ante q̄ gradus altaris
 ascēdat et aggredias diuinū officium.
 reuerēter inclināt se ante altare. p̄ q̄
 significat xpi exinanitiō qua semetipm̄
 exinanīuit inclinādo celos et descen-
 dendo. vterū virginis nō abhorredō
 sed hominē susceptur⁹ humiliādo ad
 nostram infirmitatem in hoc q̄ carnē
 susciperet passibilem. vt sic se humiliā-
 do et inclinādo / nos exaltaret ⁊ glo-
 rificaret Debet aut̄ sacerdos i via an-
 te q̄ ad altare veniat dicere et orare
 hunc psalmum xliij. Iudica me dñe et
 discerne causam meā. in quo datur in-
 telligi. qz sacerdos accedat ad altare
 ⁊ ad deū. nō propter aliq̄ tepale sed
 propter letificatiōem gratie quā spe-
 rat in p̄nti et glorie in futuro. Et habz
 ille psalmus septem versus. In p̄rio
 petit a dyabolo liberari. qz aliq̄ per
 se. aliq̄ per homines vel etiā in forma
 hominis tentat. Ideo dicit discerne
 causam meā de gente nō sancta. scilicet
 cet ipius dyaboli. Alb homine iniquo
 et doloso erue me. Ido iniquus pōt
 dici dyabolus. Juxta illud iniquus
 homo hoc fecit. In secundo versu in-
 uocat dei auxiliū. qz tu es fortitudo
 mea. In tercio diuinā grāciam implo-
 rat. cum dicit emitte lucē tuā. In quar-
 to promittit se sacrificiū pro se et po-
 pulo facere cū dicit. In troibo ad alta-
 re dei. In quinto promittit peccata d̄
 testari. ibi confitebor tibi in cythara

In septo dicit se solum de dei p̄sentia
cōsolari. cū dicit. spera in deo quoniam
adhuc cōfitebor illi /salutare vultus
mei et deus meus. In septimo ponit
gloria patri. et significat q̄ non solum
vnā p̄sonā sed totā trinitatē cupit
laudare. Et quia sc̄dm salomonē. In
sc̄dm in principio accusator est suū p̄p̄.
sacerdos cōsilius de ista p̄phetica cōso
lacione. sc̄z dixi cōfitebor aduersum
me iniusticiā meā domino. et tu remisi
sti impietatem peccati mei. vt de pec
catis suis remissionē cōsequatur et vt
magis acceptabile fiat sacrificium suū
ideo de peccatis suis cum astantibus
confitef. Ista autē confessio debet fieri
in genere et nō in specie. non em̄ sacer
dos debet dicere et se accusare de lu
xuria. inuidia. homicidio. et de ceteris
peccatis in speciali /de quibus forte n̄
esset reus. et ita hoc omnino esset sup
fluum et viciosum. Nec in speciali dēt
se accusare de hijs in quibus est reus.
eo q̄ ista confessio non est occulta sed
publica et manifesta. et ergo confitea
tur t̄m se peccasse cogitatione locutio
ne et ope. et hoc sufficit. Et postq̄ hec
cōfitendo dixit subiungit. mea culpa/
vt seipm solum accuset et non alios ac
cuset et sic aduersus se iniusticijs suis
domino confitef. Et aliqui dicunt ibi
ter mea culpa inculando seipos. Pri
mo /mea culpa /propter peccatū fragi
litas per impotentia resistendi. Se
cundo /mea culpa /p̄pter peccatū sim
plicitatis qd̄ fit p̄ ignorantia. Tertio
mea maxima culpa. propter peccatum
malignitatis. Vel p̄t dici. q̄ dicit ter
mea culpa /p̄pter triplex peccatū. sc̄z
cordis. oris. et operis. Et cum sic dicit
mea culpa. t̄git pectus exemplo pub
licani dicētis. Deus p̄picius esto mibi

peccatori. vt sic vna secum descendat
iustificatus in domū suam. In p̄cussio
ne em̄ pectoris tria p̄currunt. sc̄z /ict⁹
sonus. et tactus. p̄ que tria significant
que in vera penitētia sunt necessaria.
sc̄z cordis compunctio. oris confessio.
et operis satisfactio. vt sicut trib⁹ mo
dis peccare solemus sc̄z corde cogitā
do. ore loquendo. et opere perpetrā
do. ita tribus modis satisficiam⁹. sc̄z /
corde p̄ dolorem. ore p̄ orationē ⁊ pu
dorem. ope p̄ laborem. In huiusmodi
confessioe sc̄dm plurimoz p̄suetudinē
dēp̄atur virginem mariam vt pro eo
oret et intercedat. Et hoc rationabili
ter fit Quia vt dicit beatus Bernhar
dus sup missus est. Redemptur⁹ deus
humanū genus totius boni plenitudi
nem posuit in maria. vt si quid spei in
nobis est /si quid gratie /si quid glorie
si quid salutis. totū ab ea nouerimus
redundare. Deinde dēp̄atur omnes
sanctos ⁊ astantes vt pro eo orent ex
eo vt dñs abundantia sue propiciatio
nis sibi multiplicatis intercessoribus
et orantib⁹ largiatur. Nec p̄fessio sa
cerdotis ac ministrorū mutuo conferē
tium /allegorice significat angelicum
alloquium cum virgine obsequiosum
et fidele. quoniam missus a deo angelus
salutauit virginem que virgo cū pro
posito pudoris /et professione humili
tatis /debit secundari fide pariter ⁊
miraculo /potius q̄ virili amiculo.
qm̄ non erat impossibile apud deum
omne verbum. Ille angelo deniq̄ salu
tata /et mater dei electa /non alta dei
sapere. sed nouerat humilibus p̄sentē
re. Ecce inquit ancilla dñi /fiat mihi
sc̄dm verbum tuū. Humilitatis p̄fessio
ancillam exhibuit. fidei deuotio graui
dam effecit. Unde sicut humilitatis

professio faciens conceptum/virginē
 fecundavit. sic et humilis confessio. ec-
 clesiam fructuosam virtutibus efficit/
 et ad gratie obtentū habilitavit. De
 enim supbis resistit. humilibus autem
 dat gratiam. Rationabiliter per con-
 fessionem sacerdotis cum astantibus/
 angelicum alloquium cum virgine de-
 signatur. qz sicut sacerdos in audiētia
 ecclesie reddit se culpabilem/et offer-
 re intendit hostiam/non solum pro de-
 licto suo/ sed etiam pro delicto populi
 sic et xpc volens incarnationem suam
 per angelum annūciari. et post consen-
 sum virginis in eius utero incarnari si-
 militudine r speciem culpe assumpsit.
 et omnū nostrum iniquitates pertulit
 vt dicit ysa. Deus posuit in eo iniqui-
 tates omnū nostram. Et alibi. Deo vo-
 luit illū contere iniquitate. vt sic cau-
 sam suscipiens hominis/ que non rapu-
 it exolveret et hominē excusaret. Idō
 quippe debuit/ sed non potuit delictū
 absolvere. Deus potuit sed nō debuit
 ideoqz deus factus est homo/ vt qz de-
 beret possit. et qz potuit deberet. Post
 hoc sacerdos orat pro circumstantibz
 implorans eis remissionem criminum
 dicens. Misereatur vestri omnipotēs
 deus. Hec oratio supplex sacerdotis
 ante altare/ significat propositum sa-
 cerdotis orandi pro populo/ et recon-
 ciliandi cum deo. quia cum supplicatio-
 ne pauper pauperum sit aduocatus.
 Unde in prouer. Sei mo enim mol-
 lis frangit iram. Et sicut pro delicto sic
 et in conspectu de peccari intendit altissi-
 mi. vt auditus astantium sibi paratur
 ob respectum pietatis/ et pro illius re-
 uerentia cuius vicem supplet in psona

Capitulum quintū De oscu-
 lo altaris et de signo crucis

Confessione facta /sacerdos
 se signat sancte crucis signo
 et are astans sacrum oscula-
 tur altare. Signatur sacerdos domi-
 nice passionis triumpho/ scz signo san-
 cte crucis vt muniatur cōtra insidias
 dyaboli. qui semp obsistit bono et ma-
 xime nititur impedire hoc bonum. qd
 nō dubitat cunctis proficere. Munit
 se scuto fidei et memoria dñice passio-
 nis vt scriptum est ad Ephesi .vi. In
 omnibus sumentes scutū fidei/ in quo
 possitis omnia tela nequissimi hostis
 ignea extinguere. In passionibus em̄
 crucis xpc laborauit vt illarum memo-
 res se tueantur in tentatiōibus. Sed
 osculum qd facit in altari tropologicē
 hoc p̄tendit. qz sacerdos debet habes-
 re cor placatum cum omnibus deo re-
 conciliandū et pacem omnū querere
 q̄ntumcunqz alieni sint. Juxta aposto-
 li ad Eph. vii. Quantū in vobis ē pa-
 cem cum omnibus seruantes. Allego-
 rice vero osculatio altaris significat.
 qz xpc per aduentum suum ad nos in
 carne. sanctam sibi copulauit ecclesiam.
 Juxta illud ephithalamicum Oscule-
 tur me osculo oris sui. Cant. i. In oscu-
 lo siquidē os ori cōiungitur sicut et in
 xpo nō solum humanitas vnica est di-
 uinitati. vt etiam sponsa ecclesia co-
 pulata est suo sponso scz xpo. Juxta
 illud p̄pheticū. quasi sponsam decora-
 uit me corona. et quasi sponsam orna-
 uit me monilibus. Osculum etiam q̄s
 significat pacem Juxta illud Corinth.
 et ad Roma. vlt. Salutate inuicē oscu-
 lo sancto. deus autem auctor pacis in
 omnibus vobis amen Et ergo oīdat

pacem illam in aduentu xpi aduenisse
 qua pphete promiserant. quoz vnus
 scz dauid dixit. Quietur in diebus ei
 iusticia et abundantia pacis donec au
 feratur luna. Psalmo. li. et alius pphete
 ta. Et pax erit in terra nostra cum ve
 nerit ideo xpo nato / angelozum vox
 intonuit. et in terra pax hominibus.
 Post hoc scdm ritum aliquaru eccles
 iarum. sacerdos debet accipere thuri
 bulum qd est clausum inferius et aper
 tum superius / et fumigans. et signifi
 cat q sacerdos debet esse clausus ad
 terrena et inferiora apertus aut ad ce
 lestia et superna Juxta illud Apostoli
 Que sursum sunt querite. non que su
 per terram. Et sic fumū deuote oratio
 nis mittere debet ad deum / dicens cū
 Psalmista. Dirigatur ad te domine
 oratio mea / sicut incensum in conspe
 ctu tuo.

Capitulum. vi. De traslato
 ne ad dexteram partem al
 taris et de libri apertioe

Acta osculatione / sacerdos
 ad dexteram partem alta
 ris se transfert. ibi si ministros
 habet cum eis plene introitum legen
 do. et Kyrieleyson. p quod innuit. q
 emanuel in lege promissus prius ve
 nit ad iudeos q ad gentes / Iudei aut
 pro tunc propter legem. et quia vni
 verum deum colebant in dextera par
 te fuerūt. in sinistra vero gentes eo q
 ydola colebant. Sacerdos igitur ve
 stibus ornatus / xpm carne nostre hu
 militatis induum significat. veniens
 de secretario ad altare. xpm de celis
 in mundum venisse vt eum sanaret de
 signat / Deinde in dexteram transies

altaris designat q xpc in mundū ve
 niens venit ad visitandum filios isrl /
 scdm q ipse dicit Math. xv. Non sum
 missus nisi ad oues que perierant do
 mus israhel. de quibus nasci voluit Be
 ata nanz maria iudea fuit. Post hoc
 ad librum clausum veniens / ipm ape
 rit. tandem osculando ad insinuandū
 illud qd scribitur Apoca. vlt. Et vidi
 in dextera sedentis sup thronum. libz
 scriptum intus et foris. signatum sigil
 lis septem. et nemo poterat. nec in ce
 lo. nec in terra. nec super terram. ape
 rire nisi leo d tribu iuda et yesse. iuxta
 canticum quattuor animalū et vigin
 ti quattuor seniorū / dicentium. Dign
 es domine accipere librum et aperire
 signacula eius. qui occisus es et redem
 misti nos in sanguine tuo. Similiter x
 illud qd scribitur Luc. iij. Venit iesus
 nazareth. vbi nutritus erat. et intra
 uit scdm consuetudinē suam in sinago
 gam. et surrexit legere. et traditus est
 ille liber ysaię pphete. et vt reuoluit li
 brum inuenit scriptum. spiritus domi
 ni sup me eo q vnxit me. euangelizare
 pauperibus misit me et pdicare capti
 uis remissionem et pdicare annū acce
 ptum et diem retributionis. ysaię. xli.
 Et cum compleuisset librum dedit mi
 nistro et recessit. Per hoc em q sacer
 dos librum aperit. designatur q xpc
 verus sacerdos scripta pphetarū de
 eo occulte pphetata d eo esse quotidie
 exhibita ostendebat. Unde post vba
 priora subsequitur cepit dicere eis
 Hec scriptura hodie completa est in
 auribus vestris. Secūdo ex hoc libzū
 aperit. quoniam vt xpc primitiuam
 apostolorū congregauit ecclesiam do
 cens eos / misteria scripturarum reue
 lauit eis Juxta illud Luc. viij. Uobis

Datum est noscere misterium regni dei ceteris aut in parabolis. Unde post resurrectione aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas Luc. vlti. Sed quare osculatur librum et postea a parte sinistra osculatur ipsum euangelium. De hoc postea habebimus.

Capitulum septimum.
De Kyri eleyson.

Translato iam sacerdote ad dexteram partem altaris exinde de quo tempore benignitatis et annus plenitudinis aduenit secundum quod psalmista dixerat. tu exurgens misereberis syon. quia venit tempus miserendi eius. Psalmo c. cogruerunt chorus laudat et inuocat sanctam trinitatem in reiteratione Kyri eleyson Et ideo post introitum et ante collectas dicitur. Quoniam autem omnem orationem necesse est implorare diuinam misericordiam ut eo citius petatum obtineatur. Circa quod canticum videndum est unde sit institutum et a quo Secundo quid significet. Tertio de eius efficaci virtute. Quarto quare nonies replicatur. Quinto quare illud vocabulum ad patrem et ad spiritum sanctum non variatur. ad filium vero variatur. ter dicendo xpe eleyson. Sexto quare alternatim cantatur Septimo quare ordinatur post officium seu introitum Quantum ad primum sciendum quod hoc vocabulum kyri eleyson silvester papa a grecis assumpsit ad decantandum in missa. Beatus vero gregorius instituit kyri eleyson nonies. et a clero tamen publice decantari in missa quod prius apud grecos tam a clero quam a populo decantabatur. ut infra dicitur circa finem capituli Quantum ad secundum sciendum quod kyri

eleyson secundum iohannem ianuensem in catholicon est due partes orationis. et non est unum nomen compositum. quarum prima est kyri/et tantum valet latine sicut domine et secunda pars est eleyson. et hoc tantum valet sicut miserere. inde kyri eleyson id est domine miserere. Ergo wilhelmus in rationali dicit. kyri id est domine. eley. id est deus. eys. id est miserere. son id est nobis. quod tantum sit dictum. domine deus miserere nobis. Unde propheta. Domine miserere nobis esto brachium nostrum in mane Et ultra notandum est quod kyri eleyson est vocabulum grecum. ubi sciendum quod in missa audiuntur tria ydeomata nobiliora scilicet grecum. hebraicum. et latinum Illud iungunt enim quattuor dictiones hebraice scilicet osanna. saba oth. amen. al lelulia. quibus tria verba greca. scilicet kyri eleyson xpe eleyson. ymas et quibus plura cetera vero omnia sunt latina. Sed dubium est quare specialiter illa tria ydeomata proferuntur et audiuntur in missa et non alia. Illius tres rationes ponuntur Prima quod titulus triumphalis christi. erat scriptus literis grecis. hebraicis. et latinis. Joh. xix. Secunda causa quod per has tres linguas ceterae lingue intelliguntur quod omnis lingua. aut est hebraica aut latina aut greca. Et igitur omnis lingua deum laudet et confiteatur quod dominus christus in gloria est dei patris ad philippen. ij. ideo specialiter ista tria ydeomata proferuntur et audiuntur in missa magis quam alia. Tercia causa quod iste lingue inter ceteras sunt principaliores. hebraica quod omnium est mater et prima. greca propter sapientiam. quod in greca sapientia et philosophie studium primo viguit. Etiam propter nobilitatem et dignitatem romani imperii latina ibi assimilatur. Quantum ad tertium est sciendum.

q̄ magna est horū verborū efficacia. Iē
 gitur em̄ dum beatus basilus clamat
 Iet kyri eleyson / porte papiensis eccie
 clausē / nullo refer ante / vltra hoc sunt
 aperte. Rursus dum beatus germanus
 kyri eleyson clamaret / quinque reges i
 fugam cōuersi sunt. Unde forte kyri
 eleyson significat aliud q̄ dñe misere
 re qd̄ tamen ignoramus. Vel meli⁹ di
 citur q̄ hoc propter sanctitatē illorum
 hominū factum sit. ⁊ fiduciam ⁊ firmā
 fidem quā habuerūt in inuocatiōe di
 uine misericordie. clamando kyri eley
 son. Ad quartū scz quare nonies reite
 ratur huius multe sunt cause. Prima
 est alexandri d̄ halis dicētis. q̄ hoc fit
 vt eccia ad nouem ordines angelorū
 associata pueniat. Nā de quolibet or
 dine aliqui ceciderūt ⁊ non p̄stiterunt
 qz nondū erant distincti. scdm̄ alios.
 vt ruinas istoz angelorū implere vale
 amus nonies cantat. Secdo nonies re
 iteratur cōtra nouem genera peccato
 rum. Est em̄ peccatum cogitatiois. lo
 cutiois et operis. Item peccatū venia
 le. mortale et originale. Item peccatū
 malignitatis seu in sp̄itū sanctū. fra
 gilitatis per impotentia resistendi qd̄
 d̄ peccatum in patrē. et peccatū sim
 plicitatis p̄ ignorantia qd̄ d̄ peccatū
 in filium. Quia ergo nouē modis pec
 cando excedimus rationale est vt
 nonies dei misericordia imploramus.
 Tertia causa sic ponitur. kyri signifi
 cat diuine misericordie inuocationem
 qua nouem modis indigem⁹. Primo
 tribus modis ad peccatoz remissionē
 que perpetrām⁹ tripliciter scz ore. cor
 de. et opere. Secdo tribus modis ad
 gratie collatiōem scz fidei. spei. et cari
 tatis. Tertio tribus modis q̄ntum ad
 glorificatiōem qua gaudebimus supra

nos in futuro. in deo. scz in tota trinita
 te. intra nos de glorificatiōe anime et
 corporis iuxta nos de proximis et san
 ctis angelis. Quarta causa vt nouem
 effectus gratie impetremus qui sunt
 viuificatio. similitudo. gratificatio. pur
 gatio. perfectio. illuminatio. excitatio
 ad bonum. iustificatio et p̄miatio. Ad
 quintū est sciendū q̄ kyri. ter dicitur
 referendo ad patrē. x̄p̄e eleyson ter
 d̄ referēdo ad filium. Item kyri eley
 son ter dicit referēdo ad sp̄itū sanctū
 Dubitatur modo quare sub eodē vo
 cabulo dirigūt ad patrē et ad sp̄itū
 sanctum. Et sub alio vocabulo ad
 filium. Et ratio est ista. qz si idem filius
 sit eiusdem nature cum patrē ⁊ sp̄itū
 sancto tñ etiam est alterius nature / a
 patrē et sp̄itū sancto. cum ip̄e sit gygas
 gemine substantie. qz natura diuinita
 tis et humanitatis in x̄p̄o. vnū supposi
 tum intelligunt. qz deus et homo vn⁹
 est x̄p̄e iuxta symbolum a thanasij. Ad
 circo vocabulū illud variat ad filium
 Quare autē x̄p̄e ponitur in medio h
 ternarij Istius ratio est qz ip̄a est per
 sona media in diuinis Item qz ip̄e hēt
 rationē multiplicis mediij. scz gramati
 ci tenentis congruitatem. logici docē
 tis veritatem. rethorice cōferentis de
 corum. ethici deferentis bonitatē. ma
 thematici abstrahentis dyaboli pote
 statem In quibusdam ecclesijs statim
 post vltimum kyri eleyson subiungunt
 ymas qd̄ est verbum grecum et sonat
 latine nobis. et ē sensus Kyri eleyson
 ymas id est potentia diuina misere
 nobis Ad sextum dicit q̄ in primitiua
 eccia tam a populo q̄ a clero cantaba
 tur Kyri eleyson qd̄ etiā nunc vt dicitur
 de coronatiōe pape seruat. Sed
 ppter dissonantiam beatus gregorius

ordinavit. q̄ a clericis alternatim can-
taretur. Illo vltimū dicitur. q̄ sicut dicitur
cum est. officium seu introitus signifi-
cat desiderium aduentus x̄pi in carnē
postq̄ sequitur kyri eleyson. vbi adue-
tus spūalis in mēte petitur. ideo dicitur
kyri eleyson id est miserere nobis

Capitulū. viij. De cantu an-
gelico scz gloria in excelsis ei⁹
expositio. Et quare in missa
beate v̄gis i hoc cātico inter-
ponit spūs et alme orphanor

Institutiōe thelesseri pape
e mox dicto kyri eleyson sacer-
dos in festiuitatib⁹ congru-

entibus inchoat himnū angelicum vi-
delicet gloria in excelsis. Hūnum qui-
dem angelicum quē angeli audiri sunt
decantari sicut legitur Lu. ij. Iste him-
nus angelicus testimonium perhibet
temporali natiuitati x̄pi quē sacerdos
solus inchoando pronunciat quia or-
tum saluatoris solus angelus cuius p-
sonam p̄biter gerit iudeis tunc a de-
p̄tris posit⁹. primo nunciavit luce vbi
supra. Ecce euangelizo vobis gaudiū
magnum quod erit omni populo quia
hodie natus est saluator. Circa istum
himnū primo videndum est quid rep-
sentatur Secundo quare immediate
post introitum et kyri eleyson decan-
tatur quare sacerdos primo incipit et
p̄nunciat. et postea clerus p̄sequitur.
quare in medio altaris a sacerdote in-
cipitur. Tercio videndū est de exposi-
ciōe totius himni quis restouam p̄tem
cōposuerat. Quarto quare in missa be-
ate virginis interponunt aliqui tropi
scz primogenitus. Quātum ad primū
sciendū. q̄ illud canticū cantat ad rep-
sentandū illud gaudiū quo gauisi fu-
erunt angeli in natiuitate domini. de

humani generis reconciliationē et de
ruine restauratiōe. Ante natiuitatem
enim x̄pi tres fuerūt inimiciarum pa-
rietes. Primus paries fuit inter deū
et hominē. Secundus inter angelos
et hominē. Tercius inter homines et
homines: Homo namq̄ suum creatorē
p̄ inobediētiā offenderat et p̄ suū ca-
sum restauratiōem angelorum impedi-
uit et homo ab homine per varios ri-
tus se separauerat. Iudeus namq̄ ceri-
monias excolebat. gentilis ydolatriā
exercebat rit⁹ vnus alteri displicuit.
Sed veniens pax nostra fecit vtraq̄
vnum. Destruxit enim inimiciarum
materiam. et cōcurrētes parietes in se-
angulari lapide copulauit. vt de cete-
ro esset vnum ouile et vnus pastor. ab-
stulit ergo peccatū et reconciliauit ho-
minem deo. reparauit casum. et recon-
ciliauit hominē deo: reparauit casum.
et recōciliauit angelo hoīem. destruxit
ritus. et recōciliauit hominem homini.
Restaurauit ergo s̄m Ilpo. ad Eph. i.
que in celis et in teris sunt. Et ob hoc
ista celestis milicie mltitudo psallebat
gloria in excelsis deo. Et in terra pax
hoībus. iudeis et gentilibus. bone vo-
luntatis. Exhinc q̄ angelus loq̄tur pa-
storibus ⁊ gaudet satis apparet q̄ pax
inter hoīem et angelum est reformata.
Nascit⁹ d̄s hō iō pax inter deū et hoīez
est restituta. Nascit⁹ in p̄sep̄io bonus et
asini. qz pax inter hoīes et hoīes est re-
formata p̄ bouē em̄ iudaic⁹ et p̄ asinum
gentilis p̄ls designat. in̄ ill⁹ ysa. i. Co-
gnouit bos possessore suū ⁊ asinus p̄se-
pe d̄ni sui. hoc ergo canticū primū an-
gelicū et primū hūanū Illo hoc designā-
dū q̄ q̄s angeli venerāt i celis et nos
hoīes veneremur i teris. Et s̄m in hoc
designatur spes ecclesie quia vna cum

angelis speramus nos decantatu-
 et laudaturos deum quotidie. Unde
 illorū canticum assumimus. Quantum
 ad scdm vidēdm. videlicet quare im-
 mediate post introitū et kyri eleyson
 sequitur Gloria in excelsis. Secundo
 quare sacerdos primo incipit et p-
 nunciat et postea clerus prosequit. Tercō
 quare in medio altaris a sacerdote inci-
 pitur. Ad primū dicit. quia vt dictū est
 supra p- introitum seu officium. et per
 kyrieleyson duplex aduentus xpi desi-
 gnatur. Post utrūq; autem aduentū
 xpi scz in carnem et in mentem. debet
 aut homo gaudere leticia spiritali. et
 eam exprimere voce vocali. qd gloria
 in excelsis signat. Ideo statim post offi-
 cium et kyri eleyson sequitur Ad scdm
 dicit. qd sacerdos significat angelum pri-
 mo cantantē sed choros significat illos
 de quibus dicit facta est cum angelo mul-
 titudo celestis exercitus/ laudantium
 et dicentium Gloria in excelsis deo.
 Luce. ij. Respondet aut totus chorus
 post inceptionem sacerdotis propter
 hoc vt detur intelligi affectio intensa.
 quā habet ecclesia essendi cum angelis
 Sed dicitur ab omnib; simul vt vn;
 fiat chorus angelorum et hominū quia
 tunc homines erunt sicut angeli in ce-
 lis. Quare aut sacerdos canit gloria in
 excelsis stans an mediū altaris. Quis
 tres cause possunt assignari. Prima qz
 iste himmus angelic; fuit dictus ad lau-
 dem xpi. Ap-ostolus aut dicit prima ad
 thymotheum. qd mediator dei et hoim
 est xpc p- cuius mediatiōem placati su-
 mus deo. vt ergo ille iesum xpm medi-
 atorem designat. ideo dicit in medio alta-
 ris. Item fit ad cōmemorandum illud
 quod dicit sapientie. xvij. Dum medium
 silentium tenerent omnia/ et nox i suo

cursum medium iter haberet omnipotēs
 sermo tuus domine de celo exiliens / a
 regalibus sedibus venit. Ad designan-
 dum ergo qd christ; natus est in media
 nocte. ideo dicit in medio altaris. Tercio
 hoc representat illud qd angelus qui pri-
 mo natiuitatem xpi annūciauit. stetit
 in medio illorum quibus annūciauit.
 Juxta illud Luc. ij. Et ecce angelus do-
 mini stetit iuxta illos. et claritas di cir-
 cumfulsit eos. Quare aut incipiat a
 sacerdote facie versa ad orientem. Di-
 cendū qd ideo quia iste himmus vt dictū
 est. cantatus fuit in ortu suo. De xpo
 autem dicit Job. Ecce vir oriēs nomē
 eius. Et Luc. ij. Uisitauit nos oriens ex
 alto Consuetudo autem aliquoz religi-
 osum est. qd sacerdos in dextera par-
 te altaris stans intonat Gloria in excel-
 sis. Et hoc iterum cōuenienter fit quia
 natiuitas xpi plena fuit gaudio et leti-
 cie. in cuius annūciatione hoc canticū
 ab angelis fuit auditum. Juxta illud
 Luce. ij. Ecce enangeliso vobis gaudiū
 magnū. Nodo ea que leta sunt. gaudiū
 sa et prospera. per dexterā designant.
 aduersa vero seu tristitia p- sinistram.
 Juxta illud psalmiste. lxxi. Cadent a la-
 tere tuo mille. et decem milia. Ratio
 nabiliter ergo ps- biter illius natiuita-
 tis gaudiose annūciatiōez commemo-
 rans in dextera parte altaris illud can-
 ticum intonat: Quantum ad tercium.
 quo ad illius himni angelici et humani
 expositionem est sciendum qd illud to-
 tum canticum prima sui diuisione diuidit
 in duas ptes scz in partem angelice de-
 cantatam. et partem humanitatis appo-
 sitam. Secunda ibi laudamus te. Pri-
 ma ps est bimembris. in qua duo expri-
 mūt. Pri- expmūt exultatio angloz i

temporali natiuitate xpi. ppter quam glorificauerunt deum in diuinis et in excelsis ratione restorationis angelice ruine cum dicitur gloria in excelsis deo. Secundo exprimitur ab angelis carantibus humani generis cum deo reconciliatio qua tempe ortus sui per abundantiam pacis in terris pro tunc existentem dominus designauit. Iuxta illud psalmiste. Dicitur in diebus eius iusticia. et abundantia pacis. Psalmo xli. Secunda pars tangitur cum subiungitur. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Prima pars exponitur sic una cum sequente particula. Gloria id est clara laudis leticia. supple sit deo in excelsis. Quod dupliciter exponitur. Uno modo in excelsis id est in angelis qui non peccauerunt nec inter se discordiam habuerunt. Secundo modo in excelsis id est in sublimibus angelorum habitaculis. Et propter hoc euangelista dicit Gloria in altissimis deo. Et sic est sensus istius particule Gloria est. et sit deo. in excelsis id est in celis. et in angelis de angelice ruine reparatioe que facta est per christi natiuitatem. Et in terra subintellige. sit pax hominibus id est tam iudeis quam gentilibus bone voluntatis id est istis qui christum recepturi sunt. et in ipsum credituri. et eius mandata obseruaturi. Inter iudeos et gentiles facta est pax per christi natiuitatem. quia christus utriusque partis ritus destruens tanquam in se angulari lapide in unitate fidei ex utraque parte populum sibi electum copulauit. et gentem sanctam in sanguine suo sibi consecrauit. Secunda pars huius himni scilicet laudamus te. usque ad finem a beato hylario pictauiensi episcopo legitur fuisse apposita quia solum prima pars in primitiua ecclesia dicebatur in missa. Innocentius vero dicitur

multoz sanctorum patrum. ⁊ ex dictis
plurium aggregatus ⁊ ordinatus. vt in
fra patebit. Tercio rōne interpretati
onis. quia ut dicit̄ est. regula intelligit̄
eo q̄ nos singulariter habet regulare.

quia ibi p̄tinet maior deuotio q̄ in ali
quo alio officio: quod fit in ecclesia dei ⁊
quare merito nos solite regulamus: qm̄
debem⁹ celebrare vel cōicere. quia de
uotius nos disponim⁹ ⁊ p̄fect⁹ confite
mur. Vel ideo quia p̄ hunc fit regulari
ter consecratio sacramenti. Quarto ra
tione mirabilis opatiōis. Habet em ef
fectus ⁊ fructus mirabiles in nobis. qui
bus nos regulat qui sunt duodecim. de
quib⁹ dicit̄ est supra li. i. Secundo d̄r
secreta quasi occultatio. q̄ humana rō
plenary nequaq̄ potest cape tm̄ mister
rium. Verba em que ibi dicuntur / secre
tissimam h̄nt v̄tutem. scz q̄ mutant ea
que sunt distantia in infinitū. Tam oc
cultam vim h̄nt verba canonis. q̄ etiā
angeli de eoz virtute mirant̄. ⁊ ideo se
creti voce celebratur. Idcirco etiā sa
cerdos velatur quibusdam coruinis q̄
sunt in lateribus altaris ne turbetur.
ad denotādum maximū secretū Tercio
vocatur actio p̄pter sacra misteria que
ibi aguntur. Vel ideo q̄ in eo causā no
stra agitur tanq̄ coram iudice. Tm̄ q̄
certis dieb⁹ ultra ordinaria verba ca
nonis addunt̄ q̄dam. vt in ista ratione
cōmunicātes r̄. Et in ista. h̄c igitur ob
latiōem r̄. ideo in missalib⁹ supra istas
additiones / scribitur talis titulus infra
actionem: eo q̄ infra canonē vel quasi i
medio addunt̄. Quarto d̄r sacrificium
a sua pte digniori. quāobrem decretum
statuit: q̄ nulli laycorum liceat in eo cō
sistere loco. vbi missa celebratur. vt sa
cerdos libere absq̄ impedimēto ⁊ sine
distractiōe celebratiōis officium expe
diat. Tm̄ q̄ nunc fit. scz q̄ viri ⁊ mulie
res in faciem prospiciūt sacerdotis. et
stant contra eius faciem. multū detesta
bile est. ⁊ diuine iusticie p̄trarium. quia
aduertere deberēt illud qd̄ legitur. ij.

Regum. vi. ca. Dum dauid voluit des-
 ducere archam dñi in ciuitatem suam/
 imposuerunt eam supra plaustrum nouum.
 Quia autem extendit manum ad archam dom-
 mini et tenuit eam. quoniam calcitrabant bo-
 ues et declinauerunt eam ad e. sum. Ira-
 tusque indignatione dñs contra ozam/ p-
 cussit eum super temeritate sua/ et mor-
 tuus est ibi. Et dicitur quod nihil aliud fecit. nisi
 si quod propitiam uxorem percedenti nocte co-
 gnouit. Bethzomite quoque quod voluerunt
 videre archam dñi/ percussit sunt septua-
 ginta viri. i. Regum. vi. Si igitur beth-
 zomite eo quod temerarie detegerunt archam
 dñi et eam viderunt/ que fuit figura
 corporis christi/ mortui sunt. Quoniam
 temerarie ad loca consecrationis ac-
 cedentes sunt puniendi. Quantum
 ad tertium scilicet. de modo legendi canone
 est notandum. quod canon debet legi regu-
 lariter. ita quod nihil addatur quia si quis
 aliquid apposuerit ad hec apponet deus
 super illum plagas. Et si quis diminuerit
 de verbis libri prophetie huius. auferet
 deus partem eius de libro vite. Apoc. vi.
 Debet etiam legi integraliter et distinc-
 te. Verba enim non debent corrumpi nec
 refecari: Etiam debet legi expedite. id
 est non nimis tarde. ne auditu oribus
 tedium generetur. In cuius figura legitur
 Ezo. xij. Comedebat agnum festinanter
 Etiam non nimis festinanter. quia non de-
 bet hoc sacrificium sine sale. id est sine di-
 scretione et deuotione offerri. Etiam de-
 bet legi in libro. ne vllus error contingat
 Et debet legi attente. quod secundum gregorium.
 Illam orationem deus non audit. cui ille
 qui orat non attendit. Debet etiam silen-
 ter legi. Primo ratione significationis. quod
 hoc secretum silentium reperitur in latibulum
 christi. Nam ut dicitur Jobis. xij. Postquam
 iesus laudabiliter fuit susceptus a tur-
 b

cum palmis et laudibus/ abiit et abscon-
 dit se ab eis. non utique causa formidinis
 sed dispensationis officio. quod non dum venit
 hora eius. que postquam aduenit spontanea
 ad passionem accessit dicens. Surgite
 inquit eamus hinc. ecce appropinquabit qui
 me tradet. Oblatus est quia ipse volu-
 it. Nam cum choros et milites. venissent
 cum lanternis et facibus et armis/ ut prope-
 tenderent eum sciens iesus omnia que ven-
 tura erant super eum. processit et dixit. que
 queritis. Responderunt iesum nazare-
 num. Dixit eis ego sum. Item silenter
 legitur. ad insinuandum quod non debet legi
 clamorosa voce/ sed tacita deuotione. in
 qua cessante verborum tumultu solum/ diri-
 gitur ad deum inter cetera deuotio. Tunc enim
 sacerdos debet intrare cubiculum cor-
 dis et hostio sensuum intercluso/ deum
 patrem orare non in multiloquio sicut
 ethnici faciunt. qui putant exaudiri in
 multiloquio. sed corde puro. scientia
 bonorum fide non ficta. Dis enim non est ex-
 auditor vocis sed cordis. Necesse est amo-
 nendus clamoribus. quod scrutator est re-
 num et cordium. Quod anima typum ge-
 rens ecclesie legitur obseruasse. que non
 petitione clamorosa/ sed tacita deuoti-
 one quod petijt impetrauit. Scriptum
 est enim. i. Regum. i. quod anna loquebat in
 corde suo. tamenque labia illius mouebantur
 et vox penitus non audiebatur. Tunc mo-
 ysi dixit dominus. Quid clamas ad me. Ezo.
 xiiij. ca. cum tamen ipse taceret et propheta psal-
 tm. di. Que dicitis in cordibus vestris
 in cubilibus vestris propugimini. Spi-
 ritus est deus. et eos qui adorant deum.
 in spiritu et veritate oportet adorare. Item
 ne sacerdos clamando in his que agunt
 minus intendat ideo legitur secrete. Item
 ne sacra et sancta verba vilescerent. dum
 pene omnes per usum scientes/ ea in plateis

et vicis / alijsq; locis incōgruis decāta
rent. Deceat ecclesia. vt hec obsecra
tio que secreta censetur. a sacerdote se
crete dicatur. Unde asserunt quidā. qd
an̄ p̄suetudinem que postmodū inole
uit. cum quōdam pastores ea verba decā
tarent in agro et panem supra lapi
dem posuissent. ad ip̄oz v̄borum pla
tionem. panis in carnem p̄uersus est. s;.
ipsi diuino iudicio igne celitus misso /
p̄cussi sunt. Propter qd̄ sancti p̄es
statuerunt verba ista sub silentio dici.
Inhibentes sub anathemate. ne p̄ose
rantur nisi a sacerdote sup̄ altare. et in
missa et cum v̄stibus sacris p̄secratis.
Ergo mens fm̄ rōnale vt p̄missum est.
ad illud solum debet esse intentā. Nam
eos qui adorant. in sp̄u r̄ veritate opoz
tet adorare. ne mulce venientes p̄dāt
suauitatē vnguenti ecclesiastici. r̄. Ne
importune cogitationes / tollant deu
otionē oratiōis flabello spiritus abigā
tur. i. inspiratione gratie repellantur.
q̄tenus auster veniens id ē sp̄s lance.
p̄flet ortum id est secūdet. vt aromata
fluant id est vt v̄tutes abundant. Ad
qd̄ designādum. estiuo tpe dum secre
ta d̄r flabellum adhibetur. Et sciēdum
qd̄ ministri infra canonē stant. post ter
gum sacerdotis. in signum huius. qd̄ in
stante passiōe domini discipuli relicto
eo. omnes fugerūt post tergum. Vel
hoc fit alijs in exemplū. qd̄ si ep̄i mistri
protunc retrocedūt. multo magis alijs
astātes retrocedere tenent. Sed du
bium est. quomodo facta fuit cōuersio
panis in carnem ad v̄ba pastorū. cum
nō essent sacerdotes. et cū de necessita
te requiritur qd̄ celebrans sit sacerdos.
Dicendum qd̄ illa p̄uersio nō fuit facta
virtute verborū. quia ipsi characterē nō
habebant. sed fuit quōdam apparitio car

nis nobis in exemplū. ne tales irreue
rentias faciam. Vel potuit esse p̄uersio
virtute dei. que nō est obligata alijs
quibus v̄bis. Item v̄ba canonis dicū
tur sub silentio. p̄pter maiorē reueren
tiam r̄ reputatiōē. Que em̄ sunt in pu
blico. in minori sunt reputatiōe. Quia
numa familiaritas p̄emptū parit. Et
ideo non licet vt hec sacratissima v̄ba
a laicis audiantur. Videm̄ em̄ qd̄ reli
que que tardius r̄ rarius ostēduntur. i
maiori reuerentiā habent. Et est fm̄ in
nocentiū sciendū. qd̄ inter p̄fationē et
canonem. fere in omnibus libris ymago
crucifixi depingitur. vt nō solū intelle
ctus s̄re. verū etiam aspectus picture /
memoriā dominice passionis inspiret.
Cū de p̄se. dis. ij. grego. scribit severo
ep̄o. P̄ picture hystoriā / quid sit a
dorandū addisce. Nā qd̄ legētib; scri
ptura. hoc ydeotis prestat pictura cer
nentibus: qd̄ in ip̄a ignorātes vident
quid sequi debeant. In ip̄a legunt qui
litteras nesciūt. Cū et p̄cipue gentib;
p̄lectione scriptura est. Secūdo hoc fit
vt incarnatiōis r̄ passionis misterium.
et sanctorū exēpla magis in nr̄a essent
memoria / dū quotidie oculis nostris p̄
sentatur. Tercio ad excitandū deuoti
onis affectū. qui ex v̄s̄is efficacit̄ ex
citant̄ q̄ ex auditis. Quantū ad scōlas
p̄tem p̄ncipalem est sciendū. qd̄ in cano
ne recolitur memoria dominice passio
nis. et generaliter eorū que gesta sunt
per ebdomadam immediate ante fe
stum pasche / vsq; quo dominus resur
rexit a mortuis. Tradit̄ autē qd̄ gelasi
papa vel fm̄ alios scolastic; r̄ romanus
canonē ita vt habeat p̄ncipalr̄ ordina
uit. q̄uis multi sancti p̄es ip̄m p̄ptes
p̄posuerūt. Nō em̄ canon tot; ab vno
simul est compositus vt infra patebit.

Circa singulas partes aliqua etiam v
ba sunt addita ab aliquibus. quoz no
mina ignoram. vt dicitur circa vba
psecrationis Nulli tñ subtrahere vel
addere licet ut p̄dixi. nisi forte qñq no
mina eoz p̄qbus noiatim sacrificium
offer̄. qz illa non sunt de essentia cano
nis vel de v̄bis eius. Et diuidit̄ canō
in qñq ptes. eo q p̄ qñq p̄tiam passi
onem diuinā liberati sumus. et p̄ eam
ofo fidelium exaudit̄. Vel p̄pter quin
tuplicem sanguinis xpi effusionē. de q̄
dictū est supra. In p̄ma pte sunt ofo
nes et obsecratioēs p̄ ecclesia sancta di
et pro tota congregatione fidelium in
generalī. et pro aliquibus in speciali. et
inuocatioēs p̄ suffragijs sanctorū. In
scda pte petit dei patris benignā pla
cationē et peticoem/ pro hmoi sacrificij
psecratioē/ q̄ incipit ibi hāc igitur ob
lationē. In tertia pte ponunt̄ verba
ip̄am psecrationē tam corp̄is q̄ sangui
nis xpi efficientia et p̄cientia. ibi q̄ p̄i
die. In quarta pte determinatur de p̄
cratorum rememoratioē. In quoz me
moria offerunt̄. et p̄ quibus ibi. vnde
et memores. In quinta pte oratur p̄ re
frigerio et gloria mortuoz. et sic scda cō
memoratio sanctorū ibi: memeto etiam
dñe. Pr̄ma ps diuidit̄ in duas. Pr̄mo
sunt memorie viuozū et ofo nes p̄ eis
dem. Secdo sūt memorie aliquoz san
ctorum et inuocatioēs p̄ suffragijs eoz
dem ibi. p̄municantes. Pr̄ma in tres.
Pr̄mo dirigitur peticio ad deum vt
has oblationes acceptet et benedicat.
Secdo sunt ofo nes pro hīs qui in digni
tate et potestate sunt p̄stituti. vel p̄ gla
dio sp̄. et seculari. et p̄ tota ecclesia
q̄ vtroq̄ gladio gubernat̄. Tercio spe
cialiter sunt ofo nes p̄ q̄busdam perso
nis p̄iunctis et circumstātib. Secda ibi

In p̄mis que tibi offerim. Tercia ibi
Memento domine.

E igitur clementissime pater
t p̄ iesum xpm dñm nostrū fili
um tuū supplices rogam. ac
petimus vt accepta habeas et benedi
cas hec dona hec mūera hec sancta sa
cristia illibata. In hac p̄ma pte cano
nis/ dirigitur peticio ad deum. vt has
oblatioēs acceptet et benedicat. Expo
nitur sic Te igitur id est certe assertiue
sumptū. Vel exponitur p̄ ergo sumptū
tum p̄tinatiue: clementissime id ē mī
sericordissime clarissima mente. sup̄ abū
dantissime mentē clarificans pater sup
ple creatioē. pietate et p̄seruatioē. Pa
ter essentialiter. Pr̄ p̄ amore p̄ iesum
xpm supple tanq̄ mediatorē: filiū tuū
dñm nostrum supple. nō ad optimū. q̄z
admodū iusti sunt filij di p̄ gratiam ad
optionis. sed naturalē ex vtero tuo ge
nitum ante luciferū. supplices rogam.
ac petimus id est humiles/ nō p̄sumen
tes de nostris meritis/ sed p̄identes o
tua benignitate vt accepta. id est gra
ta. habeas id est suspicias et benedicas.
supple ad v̄x et ad salubre sacrificiū cō
uertēdū hec dona supple nobis collata
hec munera supple a nobis oblata. hec
sancta sacrificia. supple quo ad rep̄nta
tionem. quia rep̄ntant corp̄ et sangui
nem iesu xpi/ illibata id est imaculata.
Circa quam literam p̄mo est notan
dum. qz canon incipit a litera sic
formata. quod forte diuina prouiden
tia factum est. vel verisimiliter. licet
humana industria non sit procuratum
vt ab illa litera canon inciperetur. q̄
sui forma signū crucis oñderet et figura
thau. sup̄ quā moyses serpentē eneam

reperat in besto **D**: quo dicit ezech. id
 Figura thau in frontib⁹ viroz. dolen-
 tium & gementium sup habitatiois hierusa-
 lem: dicitur forma & signu crucis exp⁹
 mit. et eius virtutem. vt infra dicitur
 Nam sicut ysis. in li. ethimo. Et a thau si-
 gnat cruce xpi. cui sit lra mistica. qz in
 ista lra tria sunt. Primo est ibi basis si-
 gnans fidei fortitudinē: rest ibi stipes
 signans spei altitudinē. Et est ibi lra trā
 sversalis signans latitudinē caritatis.
 Secdo nota. qz hec iunctio igit est no-
 ta psequētis. qz requirit aliq pmissum
 ad qd referat Est ergo dubiu ad quid
 referat Et ridetur qz refertur ad illud
 qd dictu est in cantico angelico. scz san-
 ctus Et sic sensus Ex quo tu dñe deus
 sabaoth es sanct⁹. & glia tua pleni sunt
 celi et terra Igit clementissime p^r/nos
 supplices rogamus te Ex qbus verbis
 infero duo correlaria pbabiliter **D**i-
 mi q plus pformae se vobis canonis. et
 ex hoc meli⁹ apparet. qz locio scda fiat
 ante sanct⁹ qz post. p^r ex iam dictis si
 logisanti Scdm est qz admonēdi sunt
 sacerdotes seculares. qz nihil interpo-
 nant inter sanct⁹ et iniciu canonis. scz
 te igit Quidā tamē ibi interponit tuā
 cruce adoram⁹ dñe rē postqz reuertit^r
 a locione. qd nō debet fieri p^r ex iam
 dictis. qz ly igit refertur ad sanct⁹ r nō
 ad aliud **Tercio** nota qz differētia est in-
 ter clementiā r mansuetudinē **M**ansue-
 tudo est vtus que mitigat iras **C**leme-
 tia remittit penas r spectat pprie adiu-
 dices r ad p^rsidentes Ergo dñs p^r est cle-
 mentissim⁹. idē in remittēdis penis mi-
 sericordissim⁹. Vel dicit clemens qz p^regit
 nos ab hostis impugnatione Secdo
 dicit clementior qz p^regit a carnis vexati-
 one Et tercio dicit clementissim⁹. quia p^regit
 nos a mudi oblectatione **Quarto**

nota/ p^r qnq sumit psonali cū ponit
 in ordine ad filium ut hic Qnqz essenti-
 aliter. tūc attribuit toti trinitati. r hoc
 fit cū adiungit termis qui significant
 opus toti⁹ trinitatis. vt in cantico mo-
 sy Quidā nō ip⁹ est p^r tu⁹ qui fecit te
 r creauit te **D**i nāqz est nomen amo-
 ris **U**n lex noua qz est lex amoris / sepi⁹
 vtitur hoc vocabulo appellādo deum
 p^rem **D**ñs vō est nomen timoris **U**n
 lex vetus qz fuit timoris. hoc noie deū
 frequēter exp⁹mit. Quāto nota ipse pe-
 tit deū p^rez p^riesum xpm **Q**uā ipse iesus
 xpc est mediator dei r hoim. p^r que fide-
 les reconciliant r salutē p^rsecunt. r ergo
 deū patrē supplicam⁹ / p^riesum xpm tā-
 qz p^rmediatore Iesus em̄ interpretatur
 saluator. qz p^r ipm saluamur. **I**pm em̄
 saluū faciet populū suū a pctis eoz.
Mat. i. **I**pc etiā interpretat^r vnctus r sic
 describitur quantū ad eius dignitatē
 regalem **R**eges em̄. pphete et sacerdo-
 tes inungebantur in veteri lege **C**hri-
 stus autem fuit rex. vñd propheta. **D**e-
 us iudicium tuum regi da. Et iohānis.
 xi. **B**enedict⁹ qui venit in nomine do-
 mini rex israel. Et iterum. **N**oli time-
 re filia syon. ecce rex tuus venit tibi.
 Fuit etiam sacerdos: sicut illud psalmi-
 cit. **T**u es sacerdos in eternum scdm
 ordinem melchisedech Fuit etiam pro-
 pheta Deutero. xvij. **P**ropheta m
 suscitabit dominus de fratribus ve-
 stris. ipsum sicut me audietis. Fuit ergo
 christus vnctus. quod non intelli-
 gitur de oleo materiali sed de oleo spiri-
 tus sancti. scilicet gratie. p^ricipali-
 bus suis. **I**uxta illud. vnxit te deus
 deus tuus oleo leticie **P**salm. xliij.
Sic ergo christus in istis verbis qua-
 drupliciter describitur: **P**rimo quan-
 tum ad effectum salutarem cum dicit

Differentia
 Mansuetudinis
 et Clementie

Iesum Secdo quantū ad eius dignita-
 tem regalem cum dicitur xpm. Tercio qua-
 tum ad proprietatem personalem. ibi filiū In-
 ter personas enim diuinas ipse solus dicitur fili-
 us. In athanasius Illius pater alius filius
 est. Quarto quantū ad dignitatem
 imperialem. cum dicitur dñm. Ipse enim impator
 et dñs noster est. quia emit nos sanguine.
 In apostolo ad cor. vi. Empti estis pre-
 cio magno. Quinto quantū ad carnalem
 coniunctionem. cum dicitur nostrum. vñ Be-
 n. xxxvij. Caro enim et frater noster est. Et
 nota quod hic multiplicantur verba petitionis
 scilicet rogamus ac petim⁹. idem significatio-
 nis. propter magnitudinem affectus In ora-
 tione enim debet esse humilitas. quia roga-
 re ad humilitatem pertinet. eo quod semper ro-
 gans ut sic est inferior. et rogatur ut sic
 est superior. Propter quod dicitur supplices id
 est humiles rogam⁹ quantū ad illa que
 nobis deficiunt Sic petimus quantum ad
 illa que ad salutem nostram sunt necessaria.
 Item nota quod petit uti accepta habeas
 ac benedicas. Accepta quidem ad puer-
 tendum in vix et salubre sacrificium. Et
 benedicas faciendo ut operatum salutis
 effectum habeant in ipsis pro quibus offeruntur
 Et debet ly uti acui in vltima syllaba
 ad dñam uti quod est infinitiu⁹ huius
 verbi ut or. Dicit ergo uti. id est ut ac-
 cepta. i. grata habeas. et benedicas. ben-
 dictione scilicet dispositionis et preparationis
 sicut disponunt et preparent que pertinet ad
 hoc sacrificium. Vel benedicas benedicti-
 one transsubstantiationis. scilicet quod fiat tran-
 substantiatio. Sexto nota quod oblationes
 panis et vini vocat hic dona. munera et
 sacrificia dicens. Uti hec dona. hec mu-
 nera. hec sancta sacrificia Dona sunt ra-
 tione dantis Munera ratione accipientis.
 et sacrificia ratione offerentis Panis namque
 et vinum que dedit nobis de⁹ in dona

illa. accepit a nobis deus in munera. et
 in quantum ea offerimus deo tunc dicitur
 sacrificia Uti innocenti⁹ exclamat. D.
 liberalis gratia. o liberalitas gratiosa.
 que nobis dedit deus in donum. hec acci-
 pit a nobis in mun⁹ Et subiungit. Eadem
 enim sacrificia. dona simul sunt et munera
 Dona sunt nobis collata. munera sunt
 pro nobis oblata. Quia que sacris offeruntur
 altaribus et munera nuncupantur et do-
 na Uti dñs Mat. v. Si offers munus
 tuum ante altare. vade reconciliari prius
 fratri tuo etc. Et apud hebreos. v. de po-
 tifice dicit. Ut offerat dona et sacrificia
 pro peccatis Daniel quoque dicit ad balthasar.
 Munera tua tibi sunt. et dona
 tua alteri da. Illa enim tria idem signifi-
 cant sed diuersis rationibus. Et idem hic rei-
 teratur sub diuersis verbis propter excita-
 re deuotionem. vel propter commendationem
 ineffabilis sacramenti quod ex his proficit
 Uti innocenti⁹. Sermonum enim multiplicatio
 et incultatio pie deuotionis est exci-
 tatio. vel ineffabilis commendatio sacra-
 menti. Non enim aliquod inuenitur vo-
 cabulum/ quod tamen sacramentum di-
 gne valeat explicare. nisi quod grece
 dicitur eucaristia. quod exponitur quasi bo-
 na gratia Vel dicuntur dona. quia do-
 nantur a superiori. Jacobi. i. Omne
 datum optimum. Dicuntur munera.
 quia offeruntur ab inferiori. Vel quia
 mittuntur nobis inferiori. Sacrificia
 dicuntur. quia offeruntur pro pecca-
 tis nostris. Dicuntur etiam dona per
 comparisonem ad donantem. Mune-
 ra per comparisonem ad offerentem.
 Sacrificia per comparisonem ad effe-
 ctum. Vel etiam per repetitionem. quia christum
 passum et crucifixum representat. i. ad
 Cor. xij. Quotiescumque manducabitis
 panem hunc et calicem bibetis et cetera

Uel dicuntur dona. qz xpc fuit nobis a deo dat. Munera quia a iuda tradit. Sacrificia qz a iudeis fuit ad mortem tradit. Uel fm innoc. Deus pr est donans ab acutozite. ideo dz dona. Filius est se sacrificas ex caritate. ideo dz sacrificia Spissanct' acceptas ex liberalitate ideo dz munera. vt sic ostentat totam trinitate fuisse opara ad xpi passionem Septimo nota psaliter dz. hec dona hec munera. cū tñ ex hijs vnus solus xpc psecrat. ad designandū qz panis et vinū anteq' psecrat diuerse sunt spēs et substantie. postq' vō celestis psecratio accesserit / spēs quidē remanēt sed substantie pvertuntur. ita qz diuersa erūt tunc ptenentia et vnū ptenēt. Quā idem xpc sub vtraq' specie ptenet. licz non in idem vtraq' spēs pvertat vt infra declarabit Octauo nota. illa sacrificia dicuntur sancta et illibata. Sancta dicunt qz panis et vinū signant sacrosanctum corp' et sanguinē iesu xpi / ratione cui' sancta dicuntur Illibata vō dicuntur nō ideo. qz nondū sunt gustata. sed potius dicuntur illibata. id est immaculata. qz sine macula cordis et corpis offerri debet. quat en' cor ab omni iniquitate purget' et corp' ab omni imundicia mū def. Quicūq' aut' sec' obtulerit. indigne māducat. qui ergo indigne māducat re' erit corpis et sanguinis dñi Uel dicuntur illibata. i. incorrupta. non ideo qz substantia panis et vini potest corrūpi. sed quia corp' et sanguis xpi que ibi ptenent corrūpi nō possunt. iuxta illud psalmiste Nō dabis sanctū tuum videre corruptionē. Nono nota qz ad hec verba tres cruces sūt sup panem et super vinū. et nō solum ad ista verba. sed ad multa verba infra ponenda. Et psecratio et cetera sūt p signum crucis

quia vt dictum est i canone repitatur dñica passio. et rememorāe que in cruce totaliter est plimata. et xpc fact' est obediens patri vsqz ad mortē / mortē autē crucis. qz pfundum vero sic crucis misterium et qz arduum sac. amētū patet ex multis figuris. Legit em numer. xxi. qz moyses ad mandatū dñi / serpentem eneu erexit p signo. qz aspicientes hñoi serpentem / qui pculsi fuerant a serpentib' curabant qd dñs exponens in euangelio dixit. Sicut moyses exaltauit serpentem in deserto. ita exaltari oportz filiū hominis. vt omnis qui credit in ipsum non peat. sed habet vitam eternā Job. iij. Omnes em pculsi a vexatione antiqui serpentis scz dyaboli / tucione et ptectione crucis muniuntur et saluant' eo qz canitur hoc ptra signū nullum stet piculum Ezechi et etiam audiuit dñm dicentē ad virū vestitum lincis / et hñtem atramentozium scriptozis ad renes. Transi p me / diū ciuitatis. et signa thau in frontib' virozū dolentū et gementium. Post hoc dixit sex viris. Transite p mediā ciuitatē. et pcutite omnes sup quos nō videtis thau. nemini peet ocul' vester ezech. ix. Quod signū thau est signum crucis. Crux enim fm innocētium sanctitatem restituit. benedictionem impedit. discernit a perfidis. liberat a periculis. hostes expellit. victores constituit. Crux est misterium fidei. firmitas spei. clavis scientie. forma iusticie. magnificentia regum. gloria sacerdotum sustentatio inopum. pauperum cōsolatio. cecozum dux. claudoz baculus. spes desolatoz. resurrectio mortuozum: Est autem signum crucis tribus digitis expmendum. quoniam sub inuocatione trinitatis exprimitur

i. ii.

Et a superiori transit ad inferius: qz xps de celo transfuit ad terrā. 7 pducitur a sinistra ad dexterā. qz de miseria transire debem⁹ ad gloriā. sicut xpc transfuit de morte ad vitam. de inferno ad paradysum Decimo nota qz ad hec vba. dona munera. 7 sacrificia. sunt tres cruces. ad designandū trip. icē xpi traditionē Traditus est em̄ a trib⁹ scz a patre. a iuda a iudeis De p̄ma traditiōe dic̄ apostol⁹ Propo filio suo nō peccit deus. sz p nobis oibus tradidit illum De sc̄da dicit Mat. xxv. Judas q̄rebat oportunitatem vt eū traderet. Et alius euāgelista addit sine turbis De tertia dicit Joh. xx. Mens tua 7 pontifices tui tradiderunt te mihi. Prima traditiō fuit ex gratia 7 caritate. qz sic dilexit deus mundū vt vnigenitū suum daret Joh. iij. Secunda fuit ex auaritia Un̄ dixit Quid vultis mihi dare zc. et p̄stiterūt ei triginta argenteos Mat. xxvi. Tercio ex inuidia Sciebat em̄ pilat⁹. qz p inuidiam tradidissent eū Marci. xv. De ergo tradidit illū ex dono iudas p munere. iudei i sacrificiū illibatū. qd̄ vtiqz iudei n̄ libabant sed gētes. qm̄ ablatū ē eis regnū. et datū est genti facienti fructum eius Est em̄ sensus. sin̄ innocētū illi⁹ ofonīs P̄ferim⁹ tibi clemētissime pater hec dona zc. q̄si p̄memorātes illā traditiōz. quā d̄s fecit ex dono. iudas p munere iudei i sacrificiū illibatū. singulit̄ ad mortē mortē autē crucis Nā licet diuersa fuerūt opantia. vnū tñ fuit opatum Ille autē trina traditiō tñ inceperat. cum fili⁹ ex decreto dei p̄ris. ex cōsilio sp̄s sancti necnō ex p̄prio beneplacito veniens hierosolimā seipm̄ spontaneē obtulit passioni. Qui cum venisset exposuit ad qd̄ venit dicēs. nisi granū frumenti cadens in terram zc. Et ego si

exaltat⁹ fuero a terra zc. Et sic ille tres cruces significare p̄nt qz xpi crucifixio a tota trinitate fuerat ordinata p̄nra salute Pater em̄ dedit. filius obtulit. sp̄s sanctus accepit. Pater dedit per auctoritatē. filius obtulit p humanitatem: sp̄s sanct⁹ accepit p benignitatem Illi dicūt qz ille tres cruces / significat triplicē xpi passionem. Prima fuit in voluntate psequentiū Joh. xi. Collegerunt pontifices 7 pharisei zc. Illillo ergo die cogitauerūt interficere eū. Secūda fuit in voce clamantiū / crucifige crucifige eum Joh. xix. Tercia fuit in p̄foratione manū et pedū. Joh. vbi supra. 7 crucifixerunt eū. et cum eo alios duos latrones Vel ppter tria sacrificia deo in veteri testamento accepta. Abel obtulit agnum Gen. iij. Meichisedech panē et vinum Gen. xiiij. Abraam filiū suum ysaac Gen. xxij. Illi dicūt qz fuit tres cruces in honore sancte trinitatis cui⁹ virtute sit ista p̄uersio. Vel in signum triplicis vnionis in incarnatione saluatoris Fuit em̄ diuinitas vnita aīe christi. Item diuinitas fuit vnita cum humanitate xpi. Item caro 7 aīa fuerūt vnite inter se. Undecimo nota. qz sacerdos dicit illam orationem coram altari. 7 deuote se inclinat. propter humilitatem. quia vt dicit Ambrosius super lucam Quisquis cupit diuinitatis tenere vestigia / humilitatis yma sectetur. Item propter exauditionis impendium Unde psalmista. Respexit in orationem humiliū et n̄ spreuit precem eorū. Itē inclinatio sacerdotis quando orat illam orationem / te igitur clementissime pater zc. humilitatem christi significat. qua christus humiliando et exuaniendo seipsum / voluntarie et humiliter ad paciendum obtulit.

Quod sacerdos cum reuerentia ad mi-
sterium crucis accedit. in hoc notatur.
quod sicut sacerdos legalis intravit sancta
sanctorum cum sanguine. Sic et noster sa-
cerdos cum sanguine. id est cum memo-
ria passionis christi. in qua sanguinem
effudit canonem subintrare debet. sequi-
tur textus.

Præmissis que tibi offerimus
i. pro ecclesia tua sancta catho-
lica quam pacificare custodi-
re. adunare et regere digneris toto or-
be terrarum una cum famulo tuo papa
nostro. et antistite nostro. et rege
nostro. et omnibus orthodoxis atque
catholice et apostolice fidei cultoribus etc.

Et est secunda pars prime partis
b. principalis. in qua sunt orati-
ones pro hijs qui in dignita-
te constituti sunt. scilicet tam pro gladio spirituali
quam seculari et pro tota ecclesia. que ab
eis gubernatur. Et exponitur sic. In pri-
mis id est principaliter offerimus id est
sacrificamus tibi. supple deo patri que
supple dona. munera et sacrificia. pro tua
ecclesia. id est pro congregatione omnium
tuorum fidelium. sacra id est confirmata
et sanctificata. quam supple ecclesiam di-
gneris. id est vel pacificare supple ut pacem
ab hereticis et schismaticis habeat custodire
supple a vicijis et demonijis. adunare. id est con-
gregare. supple que dispersa est inter infi-
dos et paganos. et regere supple in pro-
speris et aduersis toto orbe terrarum sup-
ple diffusam. et fidei sacramentis unita
supple et digneris hoc facere. una id est
pater seu simul cum nostro papa. famu-
lo tuo supple existenti. et antistite nostro
id est episcopo non romano sed nostro dio-
cesis. rege nostro supple romano. vel im-
peratore. et id est etiam omnibus orthodoxis

is id est christianis. qui sub utraque potestate fi-
dem christianam venerantur atque colunt
atque pro et omnibus cultoribus id est vene-
ratoribus. catholice fidei. id est vniuersi-
salis et apostolice fidei. id est per apostolos
fundate et per doctrinas eorum. Nota pri-
mo sacrificium laudis siue altaris offer-
tur pro cunctis generaliter et specialiter
pro aliquibus. scilicet pro prelatibus et subditis
pro viris et mulieribus. pro sacerdotibus et
astantibus. Pro prelatibus et subditis ibi
una cum famulo tuo papa nostro. Pro
viris et mulieribus ibi. memeto domine. Pro
sacerdotibus et astantibus. ibi et omnium cir-
cūstantium. et qui tibi offerunt hoc sacri-
ficium laudis pro se etc. In ista enim parte
et sequenti. primum inuestigandum occurrit
secundum innocentium. videlicet quibus et
pro quibus. qualiter et quare. sacrificium
altaris debemus offerre. que quattuor
ex ipso canone possumus aduertere. quibus
scilicet soli deo et indiuidue trinitati. pro
quibus. quia pro ecclesia catholica et om-
nibus orthodoxis. qualiter scilicet in unitate
te fidei et communionem sanctorum. quare scilicet
pro beneficijs temporalibus. spiritualibus et eternis. etiam pro omnibus pro-
pter deum. Primum notatur cum di-
citur. reddunt vota sua eterno deo. Se-
cundum ibi. pro ecclesia tua sancta ca-
tholica. Tercium ibi. communicantes.
Quartum ibi. pro redemptione anima-
rum suarum. Secundo nota. quod sacer-
dos gerit typum persone communis re-
presentans christum. ergo primo orat
pro bono communi vniuersalis ecclesie.
quod preferendum est bono particulari.
Et petit quattuor. scilicet tranquillita-
te pacis custodia ab aduersarijs. adu-
nationem omnium in fide una ad colendum
vnum deum. et ad credendum in iesum christum
Quarto convenientem vniuersalis ec-
! .iiij.

eleſie gubernationem pro ſalute oim̄ fi
 deliū. Prīmū petit ibi. pacificare Se
 cundum ibi cuſtodire Tercium ibi ad
 unare Quartum ibi regere Tercio no
 ta ſacerdos dicit in plurali offerimus.
 ad denotādum q̄ ſacerdos nō tantum
 in ſua ſed totius eccleſie p̄ſona ſacriſi
 cat. qua p̄pter in ſacramento corporis
 chriſti nihil a bono magis nihil a malo
 min⁹ p̄ficiatur ſacerdote. quia nō in me
 rito ſacerdotis. ſed in verbo cōficiatur
 creatoris. Nō ei ſacerdotis iniquitas effe
 ctum impedit ſacramenti. ſicut nec in
 firmitas medici virtutē impedit medi
 cina. Quis ergo opus opantis quādo
 q̄ ſit immūdū. tamē ſemp opus opantū
 eſt mundū. ⁊ ſicut om̄ia mūda ſunt mū
 dis. ſic om̄ia ſunt immūda immundis.
 Malus ergo cum vitā aſſumit. mortē
 incurrit. ſic ecōtra bonus cum mortem
 ſuſtinet vitā acquirit. Nam qui man
 ducat indigne. iudicium ſibi māducat
 Quarto nota de hoc q̄ dicit pro eccleſia
 tua ſancta. q̄ ſi diceret. nō intelligim⁹
 de eccleſia. id eſt de p̄gregatione mali
 gnātū. De q̄ d̄r i p̄s D̄ diui eccleſiaz ma
 lignātū. Eccleſia em̄ grece/ latine idē
 eſt q̄ p̄uocatio eo q̄ om̄es ad ſe cōuo
 cat. Chriſti em̄ fidelium populus eccleſia
 dicitur. iudeoz vero ſynagoga. q̄
 interpretatur p̄gregatio. Congregatio
 autē proprie eſt pecorū vel irrationaliū
 bilium. Et greges pecorū p̄prie dicunt̄
 cōgregari. Cōuocatio vero eſt vtenci
 um ratiōe. idcirco apoſtoli ⁊ ſancti eccleſiam
 nr̄am nūq̄ ſynagogam. ſed ſp̄
 eccleſiam nūcupauerūt. Cur autem ec
 cleſia cum ſit vna. a iohāne tamē ſeptē
 eccleſiē deſcribuntur/ niſi vt vna catho
 lica eccleſia ſeptiformi plena ſpiritu de
 ſignetur. ſicut ⁊ de domo nouim⁹ ſalo
 monē dixiſſe. Sapientia edificauit ſibi

ſomum. et excidit columnas ſeptem.
 Nec tamē ſeptem columnę/ vna eccle
 ſia eſſe nō ambiguntur. dicēte apoſtolo
 Eccleſia dei viui/ que eſt columna ⁊ fir
 mamentū veritatis. Inchoauit autē
 in eo loco vbi venit ſpiritus ſanctus. ⁊
 impleuit in vno loco ſedentes ⁊ voca
 tur eccleſia ſyon. etiā quādoq̄ hieruſa
 lem pro pegrinatiōe p̄ſenti ſyon dici
 tur. eo q̄ ad hui⁹. pegrinationis longi
 tudinem poſita/ p̄miſſionē rerum cele
 ſtium ſpeculetur. Et idcirco ſyon id eſt
 ſpeculatio nomen accipit. Pro future
 vero patrie pace hieruſalem vocatur.
 Hieruſalem em̄ pacis viſio interpretat̄
 Ibi em̄ abſorpta om̄i aduerſitate/ pa
 cem idē chriſtus p̄ſenti poſſidebit intu
 itu. Quinto nota. eccleſia dicitur catho
 lica id eſt vniuerſalis Non em̄ ſicut cō
 uenticula hereticorū in aliquib⁹ p̄ribus
 coartatur. ſed p̄ totum orbem terrarū
 dilatata diffunditur Quod etiam apo
 ſtolus ad Ro. approbat dicens. Gr̄as
 ago dño deo meo. pro omnib⁹ vobis
 quia fides veſtra annūciatur in mūdo
 vniuerſo. Hinc ⁊ vniuerſitas a quodā
 nomiata eſt. eo q̄ in vnitatem colligit̄
 Unde dñs in euāgelio Qui non colligit̄
 mecum diſpergit. Nec yſido. viij.
 ethi. c. i. Sexto nota alexander de ha
 les dicit. Dignetur pacificare p̄ carita
 tem Unde dñs in euāgelio inquit. In
 mundo p̄ſuram habebitis. in me autē
 pacem Cuſtodire ne peat vel ſuccumbat
 in temptatiōib⁹. Adunare p̄ cōfor
 mitatem. Regere p̄ p̄greſſum virtu
 tum. Innocenti⁹ vero exponit ſicut di
 ctum eſt ſup̄ lr̄am Et ſubditur. Iſipm̄
 videt̄ eſſe pacificare ⁊ adunare cuſtodi
 re ⁊ regere. Tunc em̄ pacificat cū men
 tem fidelium adunat. vt p̄ ſpiritus ſan
 cti caritatē diſuſam multitudinis cre

dentium sit vnum cor et vna anima.
 Tunc custodit. cū inter picula mundi
 regit. vt de sancto mittens auxilium d
 syon tuetur eā. Licet em̄ in apocalipfi
 septem scribitur ecclesijs. vna tamē iā
 supius dicta quā pacificat. adunat. cu
 stodit et regit. qui propter ip̄i munimē
 et regimē vnum apposuit vniuersis. p
 quo statim oratur cū dicit. vna cum fa
 mulo tuo rē. que addidit clemēs papa
 Unde stat: q̄ pelagius dixit. Al̄ vni
 uerso orbe sepato esse. qui q̄libz dissen
 sione inter sacra misteria/ apostolici pō
 tificis memoriā. scdm̄ consuetudinem nō
 frequentat. Sic tangunt quattuor vir
 tutes que debent esse in papa. Pr̄mū
 est fidei vnanimitas. ergo dicitur vna.
 Unde scdm̄ canones. si papa esset herē
 ticus posset deponi. Scdm̄ est humilitas
 cū dicit. famulo Unde scribit se ser
 uum seruoꝝ. q̄d beatus gregorius p̄mo
 inuenit. Tercius est p̄ncipalis auctori
 tas. ergo subditur papa. quod idem ē
 q̄ pater patrum. Quartū est caritas.
 scz vt ecclesie presit ex caritate. et ergo
 dicit nostro. Caritatem em̄ ad nostros
 habemus Et subditur Antistite nostro
 Queq̄ em̄ ecclesia p̄ suo debet orare
 pontifice. quaten̄ omes vnitatem spi
 ritus in vinculo pacis obseruet. Et de
 bet referri ad ep̄m/ i cui⁹ dioecesi quis
 celebrat et nō ad illum a quo est ordina
 tus. vel ex cui⁹ dioecesi est ordinatus. An
 tistes celebrans non debet dicere anti
 stite nostro Similiter si q̄s celebrat ro
 me vel i dioecesi romana/ nō debz dice
 re p̄ antistite n̄o. quia ista dioecesis nō
 habet antistitem sed solum papam. Et
 subiūgitur pro rege n̄o. Orandū esse
 p̄ p̄ncipibus apl̄is docet. i. ad Thi. ij.
 dicēs: Obsecro p̄mo oim̄ fieri obsecra
 tiones. orationes. postulationes. grati

arū actiones. p̄ oibus hoib⁹. regibus.
 p̄ncipibus. et p̄ oibus qui in sublimitate
 te sunt p̄stituti. vt quietem et tranquillā
 vitā agamus in omni pietate et castita
 te. Sicut em̄ due sunt vite. scz celestis
 et terrena. vna qua spirit⁹ viuūt ex deo
 altera qua caro viuūt ex spiritu. scz vtra
 q̄ vita nutrietur vt possit subsistere. ce
 lestis sp̄ualibus. terrena carnalibus.
 Ita sunt due potestates. scz ecclesiastica
 et mundana. Vna qua moderant̄ sp̄iri
 tualia. altera qua moderant̄ carnalia
 Ista p̄ clericos. alia p̄ laycos. Ista va
 cat sp̄ualibus q̄tum ad aiām. ista terre
 nis q̄tum ad corp⁹. Et p̄ istis duab⁹ p̄tā
 tibus hic orat. Fecit em̄ deus duo lu
 minaria magna. vnū vt p̄sset diei rē.
 B̄n̄. i. Utrūq̄ magnū. alterum t̄m ma
 ius. Igitur ad firmamentū celi. id ē ad
 vniuersitatem ecclesie. fecit duo lumi
 naria. id est instituit duas dignitates/
 que sunt p̄ntificalis auctoritas et regā
 lis potestas. Duo quippe sunt q̄b⁹ hic
 mundus p̄ncipaliter regitur. videlicet
 auctoritas sacra pontificalis. et pote
 stas regalis. dis. vj. duo. Ecce inquit pe
 trus. duo gladij hic: Et dixit dñs suffi
 cit: Et sicut aurum preciosius est plum
 bo. ita pontificalis auctoritas excellen
 tior est regali dignitate/ et impiali ma
 iestate. xxvj. dis. duo. Papa potest pe
 nas tam corp̄is q̄ anime efficere. Im
 perator vero nō nisi corp̄is habet po
 testatem. xxiiij. q. ij. si hec. Nota p̄ hoc
 q̄ dicitur orthodoxis ab effectu hui⁹
 sacramenti ipocrite et falsi christiani ex
 cluduntur. Orthodoxi em̄ sunt recte
 glorianes. ab orthos quod est rectum
 et bona gloria. quia sic ore fidem p̄fite
 tur/ q̄ eā ope demonstrat et tales sunt
 veri christiani. Et xpo em̄ xp̄iani sunt
 cognomiati. a iuda iudei. De magistris

quippe nomen cognomen se etatoribus
datum est. xpianus autē olim a iudeis q̄
obproprio nazarei vocabatur. pro eo
q̄ dñs noster atq; saluator/ a vico quo
dam galileo nazareus sit appellat⁹. Qd̄
autē glorificet se xpianus qui nomē ha
bet. facta autē non habet. Ubi autem
nomensecutum fuerit op⁹ / certissime
ille est xpianus. quia se factus ostendit
xpianum: ambulans sicut ⁊ ipse ambu
lauit/a quo nomen traxit Orthodox⁹
us est recte credens. ⁊ vt credit recte
vuiens. hic est vir recte glorie quo noie
nō potest vocari. qui aliter uiuit q̄ cre
dit. Nec yfido. Et nota q̄ necessarium
est orare pro pacificatione ecclesie. q̄a
fides multas impugnationes passa ē. ab
aduersarijs multis. ⁊ turbationibus eam
scdm eius septem status. prout in apoc̄
reuelatum est. In statu apostolorū seu in
p̄mitiua ecclesia. iudei fidem impugna
bant. In statu martirū tyranni. In sta
tu doctorum heretici. In quarto sta
tu ipocrite. In quinto statu prauī reli
giosi. In sexto satellites at̄r̄pi. In sep
timo antixpc̄ met. Contra que oia pe
tit ecclesia muniri. pacificari. custodiri.
Et q̄ orandum esse dic̄ pro rege/ hec
noua est traditio Et itelligitur d̄ rege
romano. quia papa ⁊ rex romanorū te
nent apices gubernationis ecclesie. Qd̄
vtraq; potestatem/orandū est p̄ omi
bus orthodoxis. qui sub vtraq; p̄tate
fidem catholicam ⁊ apostolicam vene
rantur ⁊ colunt. Orthodoxi dicuntur
quasi recte gloriosi. ⁊ sunt hī qui deū
fidei cōfessione glorificant. Illi dicunt
q̄ debet referri ad regem/in cuius re
gno sacerdos celebrat. et non ad regē
romanorum. sicut illud de antistite/re
ferri debet ad ipsum episcopū in cuius
diocesi celebratur.

Emendo domie famulorum
m famularumq; tuarum. R. Et
omniū circumstantiū. quorū
tibi fides cognita est. ⁊ nota deuotio p̄
quibus tibi offerimus. vel qui tibi offe
runt hoc sacrificium laudis p̄ se suisq;
omnibus pro redemptione animaz su
arum pro spe salutis et in colamitatis
sue tibiq; reddunt vota sua eterno dō
vivo et vero.

Ec̄ litera expoitur sic: D̄ do
b mine memero/ id est recorda
re p̄ uisitationem gratie. fa
mulorū famularumq; tuarū. id est colentū
te per fidem catholicam ⁊ oim id est sin
gulozum circūstantiū id est missam au
dientium: quorum fides tibi ē cognita.
scilicet illorum qui recte credunt ⁊ de
uote. tibi est cognita/ id est manifesta.
supple eo q̄ nihil te latet ⁊ deuotio. sup
ple eorū est tibi nota. qui offerunt tibi
supple p̄ psonā sacerdotis hoc sacrifici
um. id est hanc oblationē laudis/ id est
in qua specialiter laudaris p̄ se. supple
ipsis. q̄ pro et suis/ supple amicis: ⁊ om
nibus familiarib⁹ seu cognatis ⁊ cōsan
guineis. pro remissione aiarum suarū
id est p̄pter remissionē suoz peccatorū.
quibus omnia remittuntur. pro spe salu
tis/ id est p̄ salute eterna. sperata ⁊ op
tata. ⁊ in colamitatis sue/ id est sanita
tis corporis/ supple p̄seruande ⁊ adquire
de. tibiq; reddunt/ id est p̄soluūt. vota
sua id est affectus. vel desideria. vel p̄
missa bona. eterno deo/ supple quo ad
patrem scdm̄ essentiam. viuo quo ad fi
lium. ⁊ vero quo ad spiritum sanctum.
Notandum. q̄ prius petitiū est pro om
nibus fidelib⁹ in generali. hic iam orat̄
tur pro fidelibus in speciali Et p̄mo fit
mentio quorundam explicite. secundo

circumstantium implicite ibi et omnium circumstantium Et habetur hic memoria uiuorum Ubi specialiter sacerdos uiuos quos uoluerit debet nominare Et tantum uiuos. quia in sequentibus specialiter habetur locus in quo fit mentio defunctorum Innocentius mouet hic dubium. cum deus nihil ignorat. nec alicui valeat obliuisci. quid est quod petimus memeto domine. Respondetur. quod sacerdos deum petit. dicens memeto domine. non quod obliuio cadat in deum. sed sicut obliuisci illos dicitur quos sua gratia non uisitat. sic et deus dicit hos et noscere quos uisitat sua gratia et quos approbat. Unde. ij. ad Thimo. ij. Cognouit deus qui sunt eius Et iobis. ix. dicitur. Agnosco oues meas Et dicitur nescire eos quos reprobat. vii. Math. vii. Non noui uos. Rursus similiter dicitur obliuisci malorum. cum malus ad bonum uertitur Un dominus inquit per prophetam Ezechielis. xvij. Si impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis. que operatus est et custodierit omnia precepta mea. et fecerit iudicium et iustitiam uita uiuet et non morietur. omnium iniquitatum eius quas operatus est non recordabor. Et deus dicitur obliuisci bonorum. cum bonus ad malum conuertitur. Un in loco ubi supra. Si autem auerterit se iustus a iusticia sua. et fecerit iniquitatem. secundum omnes abominaciones suas quas operari solet impius nunquam uiuet. Omnes iusticie eius quas operatur non recordabuntur. Un Job. Memento mei domine. quia uentus est uita mea Quandoque recordatur ad puniendum Un psalmista. Memento domine filiorum edom in die hierusalem. id est in die uindictae. quando erit tempus punitionis In presenti tamen petimus. memeto domine etc. Hoc petimus. ut

nos sua gratia uisitet. et nostri misereatur. iuxta illud psalmi. Reminiscere miserationum tuarum domine. Sed dubium est. quare non dicit seruorum et ancillarum. sed dicit famulorum et famularum Respondetur. quod notanter dicitur famulorum. quia famulus dicitur a fauore. seruus autem a seruitute Unde dicit augustinus. quod quousque filij noe non peccauerunt. non fuit seruitus in eis. sed bene reuerentia deo debita. parentibus et alijs. sed propter peccatum seruitus est introducta. Ad ostendendum ergo. quod illud sacrificium debet esse ex uera dilectione et non ex seruitute. ideo dicitur famulorum. Post hoc stat rubrica. **Hic nominentur nomina uiuorum** uel hic fit memoria uiuorum. Ubi ponderandum. quod memoria prius debet fieri pro uiuis quam pro mortuis. cuius ratio est. quod ubi est maius periculum. ibi est citius subueniendum. sed certum est quod uiui sunt in maiori periculo. quia possunt damnari. mortui autem qui sunt in purgatorio pro quibus solum est orandum. certi iam sunt de salute sua. licet eam nondum consequentur. Sed dubitatur circa hoc. an sacerdos teneatur nomina illorum pro quibus uult orare uocaliter pronuntiare. et si sic. in quo casu et secundum quem ordinem Ad hoc potest dici. Cum dominus exaudit orationem cordis et non uocis. quod non sit necesse quod ammonetur clamoribus. qui scrutator est cordium et renum Un et dominus inquit moysi. Quid clamas ad me. cum tamen ipse taceret Et propheta dicit. Dicite in cordibus uestris etc. Sufficit ergo. si sacerdos sigillatim et diuisim omnium eorum pro quibus uult orare habeat memoriam. posito etiam quod nomina eorum uocaliter non exprimat. Et ex horum uerborum iunctura manifeste conuincitur. quod illa

nomina in genitiuo debent poni eo q̄
 p̄cedentia et sequētia in simili casu po
 nuntur. et maior erit conformitas cō
 memoracionis ⁊ orationis Tercio
 nota q̄ dubium est quo ordine debeat
 fieri p̄memoratio. Unde sciendum. q̄
 aliquibus clericis talis ordo seruatur.
 qualis ordo seruatur in declinatioe no
 minis scdm̄ gramaticos. scz secundum
 ordinem sex casuum: ita q̄ sacerdos se
 ctando rectam caritatē. p̄mo pro seip̄o
 tanq̄ pro recto vel noiatiuo orat. secū
 do p̄ genitiuo id est pro genitoribus ⁊
 parentib⁹ tam carnalib⁹ q̄ sp̄ualibus
 scilicet fratrib⁹ patrnis ⁊ ceteris. Ter
 cio p̄ datiuo / id est p̄ benefactoribus
 elemosinā sibi porigeribus Quarto p̄
 accusatiuis qui est p̄pe casus inimicorū
 vt dicit *Prustian⁹*. idcirco p̄ inimicis
 ⁊ p̄ persecutoribus suis iuxta tormam vi
 ri p̄fecti. et christi cui⁹ p̄sonam gerit. tā
 q̄ p̄ accusatiuo oret iuxta illud *Matth*
 v. Diligite inimicos vestros orate p̄
 p̄sequentibus vos. Inimici em̄ q̄tum
 ad ea que habent a deo. scz naturam ⁊
 gratiā sunt diligendi. licet non q̄tum
 ad culpam ⁊ defectum. quia hoc hnt a
 seipsis Quinto pro vocatiuo / id est p̄
 infidelibus vocandis ad fidem. vt d̄s
 infideles ab errore reuocet ad sui cultū
 ⁊ ad cognitionē iesu xpi. Vel p̄ voca
 tiuis / id est p̄ his pro quibus aduoca
 re vel responderi tenemur vt si sacer
 dos sit prelatus Sexto p̄ ablatiuo. id
 est p̄ mortuis ablatiis de hac vita ⁊ de
 hac luce. ⁊ hoc nō debet fieri in illa cō
 memoracione / sed i sequēti. scilicet post
 corporis xpi eleuationē Et laudabile ⁊
 multū decens est. q̄ sacerdos seruet
 ordinem scdm̄ merita personarum ⁊
 dignitates postq̄ sūp̄p̄ ⁊ suorū parē
 tum memoriā habuerit. Et nō est ne

cesse vt oim̄ nomina p̄pria ponat / eo q̄
 deum nihil latent sed solum intentionē
 ⁊ affectum ad has personas p̄ quibus
 orare vult gerat Et subiūgitur Et oim̄
 circumstantium Ubi sciendū. q̄ anq̄
 hoc dicetur. debz fieri memoria viuorū
 rum. sed nō debet fieri memoria nimis
 magna. ⁊ hoc p̄pter cordis distractioz
 ⁊ mentis euagationem. sed breuiter de
 bet se sacerdos expedire In cui⁹ figu
 ram p̄ceptum fuit in lege. q̄ agnus
 paschalis qui figurabat xpm̄. comede
 retur festinanter. ne scz cogitationes p̄
 dant deuotionē. Quarto nota. q̄ in il
 lo dicto Et oim̄ū circumstantiū appa
 ret q̄ salubre ⁊ sanctū est interesse mil
 sarum solennis. eo q̄ sacrificium euca
 ristie p̄ circūstātib⁹ specialiter offert
 qui sunt dispositi aliquos effectus sa
 cramenti p̄sequuntur. sicut dicitur in
 p̄mo libro de vtilitatib⁹ audiendi m. l.
 iam. Et hoc verum si vsq̄ ad finem p̄
 seuerauerint. Unde statutum est in ca
 none. q̄ omnes fideles in solēnitatib⁹
 ad ecclesiā pueniant: et scripturas apo
 stolorum ⁊ euangelium audiant: Qui
 vero nō p̄seuerauerint in oratioe vsq̄
 dum missa pagitur. velut i quieti dies
 ecclesie p̄mouentes / conuenit hui⁹ mo
 di gratia p̄uari Et ex hoc incidit du
 bium. vtum liceat recedere a missa an
 faciem Respondetur. iste qui omittit au
 dire totam missam. aut omittit ex mala
 consuetudine. vel ex tepiditate. seu ex
 torpore. vel ex necessitate. Si primū
 mortaliter peccat. ⁊ secundum decre
 tum debet a p̄munionē suspendi. maxi
 me tempe statuto. Et ex hoc formatur
 ratio talis Nullus debet cōmunionē
 p̄uari nisi p̄pter grauem culpam. s̄ uti
 qui ex mala p̄suetudine nō itāt ad finē
 misse sunt p̄uadi p̄munionē. ergo gr̄

uiter et mortali peccat. Et ex tepiditate
 vel ex torpore vel ex accidia recedit.
 peccant ad minus venialiter. Et secundum
 quod torpor vel accidia vel tepiditas ex
 varijs causis introducit. ex hoc ma-
 ius vel minus peccatum perpetratur.
 Si quis enim istum torporē ad quiescit
 ex nimia repletionē/maius esset peccatum
 quod si ex labore vel ex occupatiōe hone-
 sta. Si vero recedit ex necessitate. tunc
 non peccat. quia necessitas non habet le-
 gem. maxime si est rationabilis. alias prope-
 non esset necessitas. Et sic a missa ante fi-
 nem potest recedere. ut si habet expe-
 dire negotia ardua et legitima. quae alias
 convenienter exequi non possit. Item omi-
 tere missam uno tempore peccatum est cer-
 te persone. et alio tempore sine peccato
 esset. Et si quis parochianus die domi-
 nico vel solenni non audiret missam in sua
 parochia. cum tamen posset hoc facere
 peccaret mortaliter. quod si esset dies feri-
 atae in qua necesse esset ut laboraret. non
 peccaret si missam non audiret. vel si
 usque in finem non astaret. unde dicit de-
 cretum. Missas die dominico ab omnibus
 secularibus audiri specialiter precipi-
 mus. et quicumque secus fecerint. ab episcopo
 profundantur. glossa id est excommunicentur.
 seruato tamen ordine iuris. Et statutum
 est in aurelionensi concilio. ut cum ad
 celebrandas missas conueniret in dei no-
 mine populorum. non ante discedat quam missae
 solennitas compleatur. Quinto nota. quod in
 littera dicitur. quorum tibi fides cognita
 est. quasi diceret. tu es qui preciaris fide-
 libus et deuotis. qui solus vides in con-
 scientijs eos qui recte credunt. et deuo-
 te te diligunt ut puta renium scrutator
 et cordium. deus scientiarum. et dominus
 occultus occultorum omnium preseruator.
 In cuius respectu nulla est creatura inui-

uibilis. Tu es ille cui omne cor patet. et
 omnis voluntas loquitur. et quem nullum
 latet secretum. quoniam omnia nuda et
 aperta sunt oculis tuis. Ita hebreus. iiiij.
 Et hic tanguntur duo que debent esse in
 circumstantibus et missam audientibus.
 Primum debet esse in audiente missam
 fides. id est fideliter debet credere quod
 post consecrationem in ara. sub speciebus
 panis et vini verum corpus et sanguis
 christi continetur. quia ista que ibi sunt mi-
 rabiliter transcendunt naturam et hu-
 manam rationem. Et cum nihil experimen-
 ti sensibus ingerunt. ergo necessario oportet
 ut fides prebeat supplementum sensu-
 um defectui. Secundo debet esse in au-
 diente missam deuotio. quia homines
 deuote astantes spiritualiter communicant.
 Nec duo scilicet fides et deuotio. si audies
 missam in se habuerit fructum huius sa-
 cramenti percipit. et sepius propter ex-
 cellentiam deuotionis. fructum diuine
 gratie habundantius percipit. audiens quam
 perficiens. Si ergo deuotio debet esse in
 audiente. quanto plus in conficiente.
 Sexto nota. vltimus dicit qui tibi of-
 ferunt. Et aliqui textus habent. pro quibus
 tibi offerimus vel qui tibi offerunt
 et quasi diceret. memento domine non solum
 eorum. pro quibus tibi offerimus. sed
 etiam eorum sacerdotum qui tibi offerunt.
 Cum enim sacerdos offert pro populo. ni-
 hilominus etiam offert pro se. Et dicit in
 plurali pro quibus tibi offerimus. ad
 denotandum quod sacerdos loquitur ibi
 in persona fidelium vel ecclesie. seu quod res-
 presentat communem personam christi. Et in hoc
 quod dicitur qui tibi offerunt. designatur
 quod non solum sacerdotes. sed etiam vni-
 uersi fideles circumstantes. vna cum sa-
 cerdote offerunt hoc sacrificium deo.
 unde Innocentius dicit. Nam quod specialiter

adimpletur ministerio sacerdotū. hoc
 vniuersaliter agitur voto fidelū. Si
 cut em̄ in veteri lege. popul⁹ p̄ sacerdo
 tes offerebat hostias multifarias / ad
 placandum deū super peccatis ⁊ p̄ di
 uerfis beneficijs impetrandis. ita p̄ns
 sacrificiū / cuius hostie legales vmbre
 fuerunt. excellens in infinitū omnia sa
 crificia legis. tam in collatione gratie /
 q̄ in dignitatis magnitudine. offertur
 a populo voto ⁊ deuotione p̄ ministeriū
 sacerdotis. Septimo nota. q̄ vltteriū
 dicitur. Sacrificiū laudis. quia in hoc
 sacrificio magnitudinē. potentie. cle
 mentie. ⁊ misericordie dei recognosci
 mus. et ad memoriā reuocamus. qd̄ est
 laudare. *Uel* scdm̄ Innocentiū d̄r sacri
 fitium laudis. quia s̄m̄ dictum aposto
 li qd̄ quid facere debetis om̄ia in laude
 dei agite. vt deus laudetur in vobis.
Uel dicitur sacrificium laudis. q̄a cū
se incommutabiliter existens. presentialiter potencialiter et essentialiter: est in omni natura seu essentia. sine sui definitione id est limitatione seu determinatione. et in omni loco sine circumscriptione et in omni tempe sine mutabilitate. et in sanctis spiritibus et animabus excellentius est: scilicet per gratiam inhabitantem. et in homine christo excellentissime est: in quo plenitudo diuinitatis inhabitat. Et beatus Augustinus dicit: Deus est in omnibus rebus causa essendi. ordo viuendi ratio intelligendi. non est mirandum. si essentia diuina omnino simplex et incommutabilis. omnia replet loca et in omnibus creaturis essentialiter est. nec tamen cuiusdam rei sordibus contaminatur. Sol enim visibiles radios. sine sui pollutione effundit super loca et corpora. non solum mundata sed etiam immunda. sordida et vetustaria. quorum contactu alie quidem res inficiuntur: solis vero radij impolluti et incontaminati ea contingentes existunt. Illius modo ly in omnibus potest referri ad ly benedictam. et ad cetera sequentia. ut sit sensus. Quam oblationem tu digneris facere benedictam acceptabilem in omnibus. Et sic adhuc dupliciter exponitur. Uno modo in omnibus supple suis partibus. quod exponitur aduerbialiter. id est omnia et totaliter. Secundo modo quod hoc adiectiuum omnibus habet ly accipientibus vel pro quibus offertur pro substantiuo. vel ly offerentibus. ut sit sensus. Benedictam in omnibus offerentibus et pro quibus tibi offertur. Tercio ly in omnibus videtur referri ad ly quesum. et sic videtur exponere guilhelmus in rationali quoniam in omnibus id est totaliter. toto corde et toto intellectu. Secundo nota. quod ipse sacerdos petit quicquid. Primo quod istam ob-

lationem deus faciat benedictam Secundo ascriptam Tercio ratam Quarto rationabile. Quinto acceptabile. que quicquid petitiones varie exponuntur. Uno modo sic Benedicta id est talem. per quam spirituum bonorum multiplicatione benedicamur. Ascripta id est tale que de tua memoria nulla possit oblivione deleri. Rata id est talem que de tuo beneplacito postulat nobis suffragetur. et que nulla possit permutatione euelli. Rationabile id est talem que tue diuine rationi conveniat. Differentia est inter rationale et rationabile. Rationabile dicitur quod de ratione procedit. Rationale vero quod virtutur ratione. Et acceptabile id est que tibi sit grata et accepta. Secundo modo sic exponitur. quam oblationem tu deus digneris facere. benedicta id est transferre in illam hostiam que est omnibus modis benedicta. ascripta. rata. rationabilis. et acceptabilis. hostia salutaris. scilicet corporis et sanguinis christi. que dicitur benedicta omnibus modis. quia ab omni maledictione est immunis. tam actuali quam originali. tam veniali quam criminali. sicut elizabeth inquit ad virginem. Benedictus fructus ventris tui. Luc. ij. Ascripta dicitur eadem hostia. quia figuris et scripturis veteribus est designata. tam in manna celesti. quam in agno paschali. tam in ysaac immolando. quam in abel immolato. Quonia ut inquit iohannes in apocalypsa. Hic est agnus occisus ab origine mundi id est occisi dispositus ab eterna destinatione et preuisione. Eadem hostia rata dicitur. non quasi transitoria. que cessit ubi noua successit. sed que permanet in eternum secundum ordinem melchisedech. Rationabilis dicitur. quasi non pecualis sicut erat legalis oblatio. quam sanguine bircorum et vitulorum non poterat homines

mundare a peccato. sed illa que sanguine proprio conscientias emundat ab operibus mortuis. Acceptabilis dicitur. quia eam deus acceptat in remissionem peccatorum et redemptionem totius mundi. Non quasi illa oblatio de qua propheta dicit sacrificium et oblationem noluit. Ps. xxxix. Similiter dominus ait Non accipiam de domo tua vitulos. neque de gregibus tuis hircos. sed sicut illa de qua psalmista dicit. Tibi sacrificabo hostiam laudis. Secundum hanc expositionem recte subiungitur ut fiat nobis corpus. Nec Innocentius Augustinus vero de psalmo. dist. ij. vix refert hec verba ad eucharistiam. et exponit sic. quam digneris facere benedictam id est per quam benedicimur. ascriptam id est per quam in celo ascribimur. Ratam id est per quam in visceribus christi et corpore christi quod est ecclesia censemur et in christo ratificamur. Rationabile id est per quam a bestiali sensu exuimur. Acceptabilem ut qui nobis ipsis displicemus per hanc acceptabiles erimus eius unico filio. Sed alij exponunt sic. quod in istis verbis quoniamque petimus virtute huius oblationis nobis dari. videlicet remotionem malorum cum dicimus benedictam. Ad detinendum enim benedictionem. a nobis amouendo malum culpe et penalis miserie. Secundo impressionem et insignitorem spiritualium bonorum cum dicitur ascriptam. Tertio collationem bonorum stabilitionem. cum dicitur ratam. Quarto discretionem credendum et agendum. cum dicitur rationale. Quinto acceptationem bonorum operum nostrorum. ut scilicet sint deo accepta. et sic nobis prosunt ad vitam eternam. eum dicitur acceptabile. Tertio nota sacerdos facit tres cruces cum dicitur Benedictam. ascriptam. ratam. et postea duas cum subiungit. corpus et sanguis.

Modo dubitatur quid ille tres cruces designat. Cuius sunt multe responsiones Innocentius dicit. quod hoc fit ad designandum precij quantitatem. quo christus venditus est. ideo sacerdos facit hic tres cruces super oblatam et calicem. cum dicit. Benedictam. Pro cuius latiori declaratione est sciendum secundum quod prius dictum est. In canone agitur memoria eorum que acta sunt in ebdomada palmarum. et specialiter modus venditionis et emptiois christi. Elbi nota Feria quarta ante cenam domini in mane. iudas vnus ex duodecim a dyabolo supplantatus/sacrilegium perpetravit: dum filium dei solis triginta argenteis vendidit phariseis. in recompensationem damni quod incurrit propter effusionem sanguinis cum dixit. Dedit enim vngentum hoc venditari plusquam trecentis denariis et dari pauperibus. Hoc autem dixit. non quia de egenis pertinebat ad eum. sed quia fur erat. et loculos habens/ ea que mittebantur portabat Jobis. xij. Et quilibet argenteus valebat decem denarios vsuales. et ita damnum vngenti quod valebat trecentos denarios/triginta argenteis reputabat alias recompensari. Si vero dicimus argenteos fuisse denarios vsuales dicimus quod iudas vendidit christum quasi vile mancipium. triginta ei denarii sunt decima pars trecentorum denariorum quos valebat vngentum. propter quod loquitur dominus despectiue per prophetam dicens. Apprehenderunt mercenarium vitam triginta argenteis/ quibus sum appreciatus ab eis. Illud designandum ergo huius precij quantitatem/ quo christus est venditus/ sacerdos hic facit tres cruces super oblatam et calicem. Nam et trecenta pariter et triginta multiplicatione suscipiunt a ternario. Pro ea vero ad designandum

emptionem et venditionem duas cruces impunit. sigillatim vnā super oblatam. alter. an sup calicem cū dicit. vt fiat nobis corpus et sanguis rē. Illa venditio fuit maledicta. proscripta. irata. iniqua. et detestabilis. sed tu deus hanc oblationem digneris facere benedictā ascriptam. ratam. rationabilem et acceptabilem. Judas em dilexit maledictionem. et venit ei. noluit benedictionem et elongata est ab eo. sed tu deus hanc oblationem digneris facere benedictam / pro qua nos in celestibus benedicas. Judas deletus est de libro viventium et cum iustis nō inscribitur. sed tu deus hanc oblationē digneris facere ascriptam: p qua nos inter electos tuos ascribas. Judas laqueo se suspendit et eius episcopatum suscepit alter. sed tu deus hanc oblationē digneris facere ratam. per quā ratum et gratum fit nostre salutis promissum. Judas exijt cōdemnatus / et oratio facta ē peccatum. sed tu deus hanc oblationē digneris facere rationabilem / per quam rationabile fiat nostre seruitutis obsequium Judas reddidit mala pro bonis. et odium pro dilectione tribuit. sed tu deus digneris hanc oblationem facere acceptabilem per quā reddas tibi acceptos Alia responsio. Tres cruces quas facit sacerdos simul super hostiā et calicem / significant tria que xpc in cena p̄muniter egit circa panem et vinū scz accepit. benedixit. et fregit Sed q̄ postea specialiter facit vnā crucem super oblatam / designat q̄ xpc specialiter super panem dixit. accipite et comedite. hoc est corpus meum. Et alterā super calicem / quia xpc dixit Bibite et diuidite inter vos. hic est sanguis meus Et scdm hunc sensum recte subiungitur.

Qui prius rē. Tercia responsio. qz iudas vendidit xpm ad crucifigendum sacerdotib⁹. scribis. et phariseis. idcirco sacerdos ad designandū p̄muniter tres emptores. facit tres cruces p̄muniter super oblatam et calicem cū dicit benedictam. ascriptam. ratam. Ad deū notādum vero distincte venditorem et venditū / facit duas cruces distincte super oblatam et calicem. cū dicit. vt fiat nobis corp⁹ et sanguis Quarta responsio. Sacerdos p̄mo facit tres cruces in p̄mis tribus dictionib⁹. scz benedictam. ascriptam. et ratam. vt denotetur virtus crucifixionis xpi. que a tota trinitate fuit voluta ita fieri / q̄ illis dictionib⁹ petim⁹ fieri. Quarta crux quam facit diuisim super oblatam designat corpus xpi in cruce immolationē Sed quinta crux que fit sup mixtū ex vino et aqua / designat sanguinis et aq̄ de latere xpi effusionem. Ad ista cum dicit. dilectissimi filij tui iesu xpi. sacerdos eleuat man⁹ ex intima deuotione cū suspitio i celum. Et propter hoc sacerdos eleuat manus et extendit cū orat in missa. Nam cū christus expandisset manus suas in cruce / pro persecutorib⁹ orauit et dixit Pater ignosce illis. qz nesciunt quid faciūt. Moraliter instruens. qz xpc semper patus est recipere penitentes. iuxta quod ipse promisit iohānis. vj. Eum qui venit ad me nō eijciam foras. Nota de eleuatione manū dictū est prius quomō figurata ē Exo. xvij. Cui⁹ figure expositionē aduerte hic Lum em verus moyses. id est xpc eleuat manus id est impedit auxiliū et solatiū vincit israel. id est ecclesia. Nā si deus pro nobis quis p̄tra nos. Sin autem paululū manus remittit id est si exigentibus peccatis subtrahit auxiliis

um et solatium / tunc supat amalech. i.
 dyabolus: quia non est volentis neq;
 currentis sed dei miserentis: Quia ve
 ro xpc promisit ecclesie dicens. Elobi
 scum sum vsq; ad psumptione seculi.
 ob hoc aaron id est mons fortitudinis
 et vr. id est ignis caritatis sustentat ma
 nus ei. vt in fortitudine ferat auxilium
 et ex caritate solacium. ne manus eius
 bassentur vsq; ad occasum solis. id est
 ad finem mundi. Sicq; iosue duce: id est
 christo ductore / israel fugat amalech /
 id est ecclesia superat dyabolum in ore
 gladij. p virtute orationis et verbi di.
 Gladius em est verbum dei. Si quis
 ergo vult orationis vtute supare dya
 bolum / debet eleuare man. id est act.
 suos ad deum. vt puerfatio ei. sit in ce
 lis Unde dimissas manus erigite. et ge
 nua debilita roborate. Na eleuatio ma
 num / sacrificiu verspertinu. bona est
 operatio cum ieiunio et elemosina. Fi
 des em sine opibus mortua est. Leues
 mus ergo manus sine disceptatoe que
 rentes que sursum sunt. non que super
 terram. vbi christus est in dextera dei
 sedens. Sed dubium. quare hic di
 citur vt nobis fiat etc. Dicendum est q
 hui. quadruplex est ratio Prima ad ab
 luendu illi verbo quod dixit maria an
 gelo Luc. j. Fiat mihi scdm verbu tuu
 Secunda ratio ad abluendu verbo cre
 ationis Ad designandum q eadem po
 tentia requiritur in trassubstantiatioe
 sicut in resurrectione et in reru creati
 one de qua Gen. j. Fiat lux Siue fiant
 luminaria. Et seqtur Et factum est ita.
 Tercia ratio / ad designandu q sacer
 dos solum est minister huius ineffabi
 lis couersionis. ideo no in persona pro
 pria loquitur / sed in persona christi lo

quens dicit. fiat. Quarta ratio / quia
 oportet vt hec transsubstantiatio fiat
 p verba transitu significantia. ideo no
 dicit q panis sit corpus christi. sed bn
 dicitur panis sit corpus xpi. ideo dicit
 fiat. Item dicitur dilectissimi etc. xpus
 em ielus maxime est dilectus a deo pa
 tre fm illud Math. ij. Dic est fili. me.
 in quo mihi coplacui. Tum quia oimo
 dam picipatione essencie pater filio e
 ternaliter pmmicat Tum qz omia que
 habet pater. sua sunt Joh. xvi. Tum qz
 a patre tradita est sibi potestas omniu
 que sunt in celo et i terra Math. v. Tu
 quia per filij sui i cruce immolatione p
 nobis pater placatus fuit pro omnibus
 offensis nostris. pntibus. pteritis et fu
 turis Ratione cui. et ipm exaltauit. et
 dedit illi nomen quod est sup omne no
 men. Ad philip. ij. Et nos ipm deu pa
 trem diligere debemus. quia ipe prior
 dilexit nos Quia sic deus dilexit mun
 dum vt vnigenitum suum daret Joh.
 ij. Deum filium diligere debem. quia
 ipse passus est p nobis. et nos redemit
 Spiritu sanctum diligere debem. qz
 eius sapientia conditi sum. et eius pro
 uidentia gubernamur. Deu em supra
 omia diligere debemus. Valde nanq;
 errat. qui non diligit deu suum creato
 rem. recreatoe. et remuneratoe. Un
 btus Aug. dicit. Valde em errarem si
 deu no amarem. qui dedit mihi anima
 vt viuam. gratiam vt bene viuam. sa
 pientiam vt ordinate viuam. quam vi
 tam nobis concedere dignetur ielus
 christus patris ab eterno vnigenitus.
 matris spiritus sancti operatione tem
 poraliter natus.

Qui pridie qm pateretur accepit panem in sanctas / ac venerabiles manus suas. et eleuatis oculis in celum ad te deum patrem suum omnipotentem tibi gratias agens benedixit fregit et dedit discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Hoc est enim corpus meum.

Haec est tertia pars principalis canonis. in qua ponuntur verba ipsam consecrationem efficientia. et finaliter perficientia / tam consecrationem corporis / quam sanguinis christi. Et habet ista littera duas partes. Primo introducuntur verba consecrationis corporis christi. Secundo sanguinis ibi simili modo. Et est sententia ista. O pater clementissime dominus noster iesus christus filius tuus proxima die precedente suam passionem / hora cene accepit panem in venerabiles manus suas. et eleuando oculos suos in celum ad te suum patrem omnipotentem / et gratias agendo benedixit dicens. Hoc est corpus meum. in corpus suum transubstantiando. Et fregit et dedit discipulis suis dicens. Accipite et manducate ex hoc omnes. Et exponitur sic: Qui scilicet dominus noster iesus christus. pridie id est precedenti die / quam pateretur accepit panem / supple non consecratum. in sanctas. id est sanctificatas: ac venerabiles id est honorandas / manus suas et eleuatis sursum. supple secundum huiusmodi nitatem oculis: supple tam mentis quam corporis in celum. id est versus celum. ad te deum patrem suum: supple secundum diuinitatem. omnipotentem. agens id est referens tibi gratias id est gratiaz actiones benedixit id est consecrauit. fregit supple speciem panis. et dedit id est porrexit discipulis suis dicens. Accipite supple

per fide. et manducate id est comedite supple per caritatem ex hoc omnes. Nota primo quod in illa pericula representatur illud / quod dominus noster iesus christus in cena fecit. quam particula alexander primus dicitur sic ordinasse et addidisse secundum formam apostolorum et euangelistarum sic derelictam. Et est sciendum. quod ecclesia in die cene specialiter addit istam periculam. qui pridie quam pateretur pro nostra omnium salute. quod est hodie ad singularem reuerentiam illius diei et eo quod ista est hoc venerabilissimum sacramentum in quo die desideratissimum institutum est coniuiuium / secundum quod dominus dixit. desiderio desiderauit hoc pascha manducare vobiscum ante quam paciar. Luce. xxij. In quibus verbis saluatoris tria inuuntur. Primo / primordialis affectatio huius sacramenti cum dicitur. desiderio. Secundo sacramentalis demonstratio huius misterij cum dicitur hoc pascha. Tertio fiducialis aduocatio iesu christi cum dicitur. ante quam paciar. Maiorem caritatem enim nemo habet. ut aniam suam ponat quis pro amicis suis. Jobis. xv. Secundo nota in littera de pridie. Hic notatur tempus institutionis huius sacramenti. Quintadecima enim die mensis primi. quod modo est sexta feria. dominus pro nobis passus fuit. et precedenti die quae erat quartadecima luna eiusdem mensis. Postquam ad vesperum christus secundum legem pascha tipicum cum apostolis celebravit. veteri pasche finem imponens. et nouum pascha substituit. videlicet hoc sacramentum. et ecclesie tradidit frequentandum. Et die innocenti. Haec igitur institutio informati. celebratur iugiter per misterium. quod semel offerebatur in precium. Nam cum veritas venit. figura cessauit. et signum sublatum est de medio. cum non erat res aliqua quam significaret. sed que per se perciperetur

Manfit tamen figura tamdiu / donec
in veritate completu. quod in similitu
d ne prius erat exhibitum. Christus em
tunc implevit figuras Agnus enim pa
schalis figura fuit huius venerabilis sa
cramenti. post cuius esum hoc sacramen
tum instituit. ut figuris veteribus sine
daret. Unde sicut illi carnes agni in figu
ra comedebant: sic fideles in sacramen
to veru corpus et verum sanguine xpi
suscipiunt. Et sicut manna datur est he
breis post transitum maris rubri. et sub
mersis egiptiacis. sic eucaristia dat chri
stianis post ablutionem baptismi. dele
tis iam peccatis. ut per baptismu mu
demur a malo. et per eucaristia pforte
mur i bono. Et sicut manna populū isra
el per vastitatem in via solitudinis ad
terram pmissionis pduxit. sic et eucari
stia populū istū p incolatum vite p sen
tis ad patriam pducit paradisi. Unde
recte viaticum appellatur quia reficiens
nos in via / de ducit ad patriā. De qui
bus dictū est supra pleni li. j. Fuit aut
hec dies vltima ante suā mortē et passi
onem / pueniens ad huius sacramenti in
stitutionē. ut illud arcus cordibus fi
delium infingeret. et firmū memoriē apo
stolorū impimeret. quod ante mortē suā
p prime futuram institueret. scdm quod
attestatur beatus Aug. per hec verba
Saluator quo vehemens p mēda
ret misterij huius altitudinem. vltimū
hoc voluit infingere cordib. discipulo
rum. a quibus per passionē erat disces
surus. Et idem dicit Innoc. Corpus et
sanguinem suū xpus post cenam dedit
apostolis. ut hoc sacramentū velut vl
timū testimonij mādatum / arcus me
morie p mēdaret. Sunt et alie multe
cause de quibus sufficienter dictum est
supra li. j. Dicit ergo hic sacerdos Qui

pridie / id est priori die ante q̄ pateret.
accepit panem / volens sacrificium lau
dis deo patri offerre. Panē et vinum
obtulit: ex quibus corp. et sanguinem
psecit Super quo verbo dicit Innoc.
Huius sacrificij ritum / melchisedech pri
us legitur celebrasse / offerens panem
et vinū. Erat em sacerdos altissimi Ben
xiii. Unde dauid inquit ad xpm. Tu es
sacerdos in eternū scdm ordinem mel
chisedech. Ex quibus patet. q. sacrifici
um euāgelicū / nō solum pccellit legale i
dignitate sed et in tempe. sicut apls in
epla ad hebreos pleni. ostendit. Et do
minus iesus panē et vinum in sacrificiū
sui corporis et sanguinis instituit: q. sicut
pre ceteris cibis et potib. panis cor ho
minis pfirmat. et vinū cor hominis letifi
cat. ita corp. et sanguis xpi pre ceteris
cibis et potibus spūalibus / plus interi
orem hoīem reficiunt. et gratiarū donis
plus sagināt. Unde ppheta. Doculum
tuū inebriās q̄ preclarū est. Et sicut in
istis plena et pfecta constat corporalis res
fectio. sic et in illis plena spūalis. Sicut
xpc testatur Caro mea vere est cibus.
et sanguis meus vere est potus. Qua
lis autē debeat esse panis. scz an azim.
an fermētat. an salus. vel nō. ex quo
debet confici corpus christi. de hoc sa
tis dictum est prius. Sed dubitat
hic primo. quare christ. sub aliena spe
cie corp. et sanguinem suū dedit. Huius
innocētius ponit tres causas. Primo
hoc fit propter augmētum meriti / quo
niam ibi aliud creditur. et aliud cernit
tur. ut fides habeat meritum / cui huius
mana ratio non prebet experimentū.
etiam propter dignitatem / quantum
ad malos / qui non sunt digni videre
christum in propria specie. Exemplum
de bethsamitis ut prius dictum est.

etiam propter imbecillitatem quantum ad ho-
mines et hoc ad vitandum horrorem et
nauseam. quia si oculi videret christum sub
propria specie / utique animus abhorreret.
quod non plucum? carne crudam / et sanguis
nem crudum comedere et bibere Quarto
ad vitandum ridiculum. ne pagani vel
iudei nobis insultarent cum illud agere-
mus unde versus. Sumit occulte chris-
tus / ne dum tibi stulte Horror vel ri-
sus minuat fidem tibi visus. Unde in-
nocentius. Nam ergo christus sub specie prin-
cipalis edulij sumendum. passit eucari-
stiam ut foueretur sensus in uno. et fi-
des in altero edificaretur Fouetur enim
sensus dum solita percipit Edificatur fi-
des in altero dum illud quod non videt qua-
le sit / cuius modi sit agnoscit. Item
dubitat. quare sub speciebus panis et
vini. Respondetur. quod dominus in hoc sacra-
mento proponitur nobis ut cibus refici-
ens Et quia in nutrimento necessitatis
humane in his habetur per omnibus ple-
nior et melior refectio. igitur etc. Innocentius
dicit Proponitur nobis species panis
et vini. quatinus in susceptioe corporis
et sanguinis christi plena et perfecta refe-
ctio esse possit. Plena enim refectio est
cibus et potus. Libi autem et potus: panis
et vinum principalis est substantia. Se-
cundo quod hec species ad significationem cor-
poris christi veri et mystici est expressior.
Panis enim propter operationem assimilatur
corpori christi. Vinum vero eo quod liquor est
sanguini Et sic de mystico. sicut ex mul-
tis vuis exprimitur vinum: et sicut ex mul-
tis granis conficitur panis. sic nos multi-
vini corporis christi mysticum sumus Tertio. quod
hec species ad conversionem propter sui sincer-
itatem et mundiciam est decentior. Quarto
quod ad figuram veteris sacrificij mel-
chisedech vicinior. Quinto quod ad com-

parationem dominicam similior. Dominus enim
nunc se viti nunc panis / nunc grano frum-
menti compauit Item dubitatur
quare laicis non datur sub utraque spe-
cie. Respondetur quod olim in primitiua ec-
clesia omnibus christifidelibus dabatur san-
guis cum christi corpore. sed postea sancta
determinante ecclesia et dictante / non
datur propter tria Primo ut tolleretur
erroris materia. quia insurrexerunt quidam
heretici dicentes. christum non sub vna
specie sed in / sed medium et in altera
similiter in eodem contineri. ut ergo iste
error tolleretur statuit ecclesia / tantum
sub vna specie corpus et sanguinem christi
fidelibus dari. Secundo ut evitentur
picula. Nam sanguinem christi tractare
multum piculosum est. eo quod partes ipsius
sunt naturaliter fluxibiles. quod leniter ab
indispositis rusticis effunderent. quod
de corpore christi non ita cito contingit. ideo so-
li sacerdotes sanguinem sumunt / in quibus
maxima discretio et cautela debet esse.
Tercio ut veritas respondeat umbre
quod in lege nihil bibebant etiam offerentes
de libamine Sequitur. Accepit panem in san-
ctas ac venerabiles manus suas In quo
denotatur / quod hoc sacramentum non nisi
mundis manibus. non viciatis sed con-
secratis. debet reuerenter et venerabiliter
tractari Unde alexander papa de
conse. dist. ij. Nihil maius esse potest. quam
corpus et sanguis christi. Nec ulla ob-
latio hac potior est. sed omnes hec pre-
cellit. que domino pura conscientia of-
ferenda est. et pura mente sumenda :
atque ab omnibus veneranda. Et sicut
ceteris est potior ita potius excellit et
venerari debet. Et quo statim habet.
quod solus sacerdos hoc sacramentum habet
applicere Ubi sciendum quod quatuor requiruntur

ad faciendum eucaristiā. unde uersus
 Verbum. materies. intentio. sensus et
 ordo conueniunt xpi ut corp⁹ efficiatur.
 Primo requiritur puritas materie. q̄
 detritico puro debet esse hostia. quia
 dñs grano frumētis se ppauit Et debet
 esse azima ut s̄. Et etiā materia euca-
 ristie ē duplex Una necessaria. alia de-
 bita Materia necessaria est panis fru-
 menti. q̄ sine illo nō potest fieri. effectō
 Materia uero debita est q̄ ist⁹ panis
 sit azimus. q̄ licet in fermentato possit
 effici s̄ et greci faciūt. hoc t̄cō nō
 s̄tuetudinē romane ecclesie nec. nōi. de-
 bet Sed quare de hoc. d. est s̄. Simile
 est de materia calicis. q̄ quedā est mate-
 ria necessaria. et quedā debita. Mate-
 ria necessaria est uinum. q̄ sine ipso nō
 pficitur sanguis xpi Materia uero debita.
 q̄ aqua misceatur uino. cuius causa
 dicta est s̄. Secūdo requiritur ordo sacer-
 dotalis Et s̄m. s̄. thomā sup. iij. sen. dis.
 iij. Sacerdos q̄tuncūq; mal⁹. siue ex
 cōmunicatus. scismaticus. siue hereti-
 cus. pficere potest. dūmodo seruat illa
 q̄ requiruntur ad pfecrationē. q̄uis mor-
 taliter peccat. et irregularitatē incurrit.
 Nec em̄ hoc sacramentū melius dicit̄
 ppter bonū sacerdotē. nec deteri⁹ pro-
 pter malū. quia nō in merito pficientis
 sed in uerbo cōficitur saluatoris. Et sic
 laic⁹ q̄tuncūq; sanct⁹ celebrādo nihil
 ageret. Tercio requiritur forma uerborū
 et est hec **Hoc est em̄ corpus meū** Ista
 cōiunctio em̄ nō est de substātia forme
 uerborū. sed de bene esse ipius Et tñ
 non debet omitti. Et ergo si quis omit-
 teret eam/ eque bene pficeret. sed gra-
 uiter peccaret/ si ex intētiōe omitteret
 Et sic istis uerbis non platis nō est ibi
 sacramētum. Letera autem uerba ibi.
 Quis priorie r̄. Addita sunt ex reuelatiōe

one spūs sancti. **Hec** amē ista uerba nul-
 lo modo debet omitti in celebratione
 nisi in necessitate. Alia dubia circa ista
 uerba patebūt infra. Quarto requirit̄
 intentio. et est duplex Una intentio cō-
 ficiētis. scz q̄ sacerdos intendat pfice-
 re Intentio em̄ semp est necessaria/ ut
 actualis l' habitualis Alia intentio gene-
 ralis/ est ecclesie et ipius/ qui hoc sacra-
 mentum instituit. Ecclesia em̄ intendit
 hoc sacramentū cōficere pro utilitate
 uel p necessitate generaliter et p̄ticiu-
 lariter Et ppter hoc si quis ex ludibrio
 uel stulticia proferret uerba cōsecrati-
 onis super totum panē in foro/ et totū
 uinum in celario nō pficit. q̄uis etiam
 ip̄e habuit intentionē cōsecrandi. Se-
 quitur: et eleuatis oculis in celum r̄.
 In uerbis pfecrationis corporis xpi
 tria memorātur. que nullus euangeli-
 sta describit. scz eleuatis oculis in celū.
 eterni testamenti misterii fidei Et q̄re
 hoc Respondet innocēti⁹ tercius. Qd
 euangeliste de uerbis et factis xpi pre-
 termiserunt que apostoli suppleuerūt.
 Nullus em̄ tante p̄sumptiōis existit et
 audacie. ut hoc d̄ corde suo temptaue-
 rit interponere: Sed formā istā v̄borū
 apostoli acceperūt a xpo. et ecclesia ab
 apostolis. Sed q̄ multa ab apostolis
 sunt tradita que euangeliste omiserūt
 patet in multis locis sacre scripture.
 Scribit em̄ ap̄ls. i. ad Cor. xv. q̄ dñs
 iesus post resurrectionē uisus ē pl⁹ q̄
 q̄ngentis fratribus. deind⁹ uisus ē iacobo
 deinde ap̄ls oibus/ nouissime uisus ē
 mihi. et hoc nullus euangelistarum de-
 scribit. Nam etiam inter euangelistas
 quedam omittuntur ab vno/ que sup-
 plentur ab alio. etiā circa v̄ba pfecrati-
 onis. Nā cū tres euangeliste memorēt
 hoc est corp⁹ meū. sol⁹ lucas addidit qd

pro vobis tradetur. Et vbi marcus et matheus dicunt pro multis. ibi lucas dicit pro vobis. Sed matheus addidit in remissionem peccatorum. Unde propter multa que hic apponuntur est notandum quod euangelistarum precipua cura fuit euangelicas conscribere historias magis quam tradere formas sacramentorum/ quas formas apostoli a principio sicut a domino acceperunt simulauerunt. et ecclesie sancte tradiderunt. quod patet. i. ad Cor. xj. Ego enim accepi a domino quod et tradidi vobis: Quis enim quam scripta essent euangelia. per aliquos annos erat usus sacramentorum et institutio. Non mirum ergo si in canone quo ecclesia generaliter vitur forme verborum/ qua christus preceperunt. aliqua adiecta inueniuntur/ vt est ista coniunctio enim. que non ponitur in euangelio. sed apposita est propter continuationem ad precedentia. quam beatus petrus finem quod a christo accepit creditur addidisse cum inueniatur in missali sancti petri romae. ideo ecclesia istam coniunctionem addi voluit. Item amen ista que hic additur possunt ex alijs locis euangelij comprobare. Specialiter illud Eleuatis oculis in celum. christus enim in arduis factis legitur oculos suos leuasse sicut in resuscitatione lazari leuauit oculos in celum dicens Gratias tibi ago domine pater/ quonia exaudisti me Joh. xi. In sermone quem fecit post cenam/ vbi orauit pro humanitate sua glorificanda. et pro discipulis suis: ite oculos in celum eleuauit vt scribitur Joh. xij. Hec locutus est iesus. et subleuatis oculis in celum dixit. pater clarifica filium tuum. Si tunc leuauit oculos in celum. ad patrem/ cum animam lazari suscitauit ad corpus. quomodo credendum est quod tunc oculos ad celum leuauerit/ cum panem et

vinum in proprium corpus et sanguinem suum conuertebat. Quare autem ipse leuauerit oculos in celum ad patrem. huius duplex est ratio. Vna vt insinuaret omnia se habere a patre et nihil a seipso. Secunda vt erudiret nos quod in principio omnium actuum nostrorum oculos mentis nostre/ id est intentione ad deum tanquam ad auctorem omnium erigere debemus. iuxta illud psalmi. Oculi mei semper ad dominum. Et innocencius dicit. Utrum ad nostram instructionem agebat. vt et in oculos cordis non deprimam? in terram? in celum? si quid orantes volumus. inquit. trare. Et subiungitur. gratias agens. ipse gratias agebat non pro se sed pro nobis. id est pro nostra reparatione et salute omnium per hoc sacramentum futuram. Et gratias agebat propter donum tam maximi sacramenti. Et gratias agebat nobis in exemplum. vt et deum in singulis actibus nostris pro oculis habeamus et sibi gratias actiones de singulis bonis referamus. Et nota. quoniam sacerdos dicit hec verba: tollit panem dicit et recipit ad manum. et dum sic recipit/ adhuc ibi non est corpus christi. sed a primo in ultio instanti prolationis illorum verborum. hoc est enim corpus meum/ desinit esse panis et incipit esse verum corpus christi. et ergo diligenter sacerdos caueat. quod panem non consecratum. non nimis eleuet. nec aliquod signum adoratorem exhibeat. sed in omnibus panem occultum teneat. ne populus circumstantans adoret. et ydolatriam committat. de quo plenius in. i. fuit dictum. Sequitur. benedixit. Hic fit crux super panem. non quod christus benedicens panem fecit crucem. quia nondum facta fuit crux character benedictionis et sanctificationis. sed fit crux vt denotet panem esse conuertendum in corpus christi. quod pro nobis immolat.

est in cruce. Innocētus dicit. q̄ iste duē
 cruce. scz vnam quā facit super panē
 et alteram quā facit postea sup calicē.
 significant duplicem benedictionem.
 Prima crux fit ppter benedictionē q̄
 panis in corpus xp̄i transsubstantiat.
 Secūda crux fit ppter benedictionē qua
 vinū in sanguinē christi trāsubstantia
 tur. et sic hic benedicēdo sacerdos facit
 cruce sup oblatam. qz nunc crux vni
 tem benedictiōis infundit. Et nota
 dubium magnū hic incidit. scz quomō
 xp̄e benedixit panem. et an p̄ ista
 verba confecit sicut et nos. Et dicitur
 q̄ nō quia si p̄ ista verba confecit. tūc
 an plationem horz verborz nō fuit cor
 pus xp̄i. et tunc fm ordinem verborū
 christus p̄us fregit panē et dedit disci
 pulis suis. anteq̄ confecerit et p̄secraue
 rit. quod videt esse incredibile. qz si sic
 fecisset. tūc videtur qz ecclesia erraret.
 que non frangit p̄us q̄ p̄secrat. sed po
 stea frangit. patet tñ sic cū sequētia. qz
 om̄is xp̄i actio nostra debet esse instrū
 ctio Et ita hoc sacramentum debet tra
 ctari a nobis. iuxta quod dñs tradidit
 Si vero dicit q̄ nō per ista verba p̄se
 cit. sequitur q̄ illud sacramentū qd̄ ip̄e
 p̄fecit. et nostrū nō sunt eiusdem rōnis
 quod est absurdū dicere. patet tñ cōse
 quētia. iij. sen. Ad vnum quodqz sacra
 mētum requiritur debita forma verborz
 ergo diuersitas forme / diuersitatem in
 trodūcit sacramenti. Propter ista di
 uersa diuersimode loquūtur. Ad p̄mū
 quomō xp̄e benedixit. dicunt qdam. qz
 benedixit panē. id est aliquod signum
 sup panē vel aliquod verbum nobis in
 cognitū expressit. et nō sic benedixit si
 cut nos. Sed huic respōsioni videtur
 obstare ordo verborz. quia vt vba or
 dinātur / videtur sequi qz xp̄e fregit. et

dedit discipulis suis p̄us qz cōsecrauit.
 quod nō est credibile vt p̄batum ē. Et
 ergo alij dicunt aliter. qz benedixit. vi
 delicet hic id est cōsecrauit. et sic cū bñ
 dixit tunc confecit Et dicunt qz euāgel
 ista non seruauit ordinē rei fm qz a do
 mino gesta est. prout sepius fit in euāg.
 gelijs. vt vñ prius dicitur qd̄ poste
 rius factū est. et e conuerso: idcirco or
 dine tali p̄struunt lram. Accipit panē
 et benedixit subaudiendū est ly dicēs.
 hoc est em̄ corpus meū. Et tunc fregit
 et dedit discipulis suis et ait. Accipite
 et comedite Et iterabat Hoc est corp̄
 meum. Prius em̄ ista verba protulit
 vt eis vim p̄ficiendū turbueret Deind
 protulit eadem verba. vt ap̄stolos vim
 p̄ficiendū doceret et eam eis traderet. et
 sic isti videntur dicere plane. qz illa v
 ba hoc est corpus meū xp̄e bis protulit.
 Uno modo occulte et tacite. Secūdo a
 perte et manifeste. Et scdm̄ istum modū
 p̄struxi lram Et idem narrat innocētus
 Sed de secūdo scz an p̄ ista verba hoc est
 corp̄ meū / p̄fecit sicut et nostri sacer
 dotes Aliqui dixerūt qz xp̄e habuit ex
 cellētissimā p̄tatem in sacramentis. et
 absqz om̄i forma p̄fecit et post hoc que
 dam verba protulit. alijs dādo formā
 p̄secrandi Alij dixerūt qz nō p̄fecit sub
 his verbis. sed sub alijs nobis incogni
 tis / intellectis per euāgelistam sub il
 lo verbo benedixit Primum videtur
 sequi innocētus dicens. Sane po
 test dici. qz christus virtute diuina / pri
 us confecit. anteq̄ illa verba protulit
 et postea formam expressit. sub qua po
 steri benedicerent. Ip̄se namqz per
 se virtute propria benedixit. nos au
 tem ex alia virtute quam in dedit ver
 bis. Contra hoc dictum Innocētij
 fortiter instatur. quia vel christus

consecit cum verbis vel sine vrbis. Si sine verbis / et cū nos p̄ficimus cū verbis seq̄tur q̄ sacramentū nostrū et suū qd̄ tradidit nobis / nō sunt eiusdem rationis. qd̄ totaliter videtur esse absurdum Si vero cōfecit cum verbis vel ergo cū eis dē cum q̄bus nos p̄ficimus vel cū alijs. Si cum eis dē. seq̄tur q̄ cū istis verbis p̄fecit / id est sub ista forma verborū sicut et nos Si vero cum alijs sequitur iterum diuersificatio sacramenti nostri et sui. quod in cena tradidit. vt dictū est p̄us Ergo omnibus difficultatib⁹ p̄missis dicendū est. q̄ xpc̄ istis verbis cōfecit. hoc est corpus meū. et p̄secrauit Et cum hoc p̄ ea formā cōsecrandi dedit Sed p̄pter argumentū in oppositum factū quidā dicūt. q̄ hoc p̄ticipium dicens. nō solum habet cōcomitantia. nec solum respicit hoc verbū dedit. sed respectum habet ad ip̄m / cū alijs predictis vt sit sensus. dum benedixit et fregit et dedit discipulis suis tūc protulit hec verba. hoc est corp⁹ meū: Et fm̄ hunc modū soluat̄ etiā q̄ xpc̄ solū ista verba semel protulit. Vel fm̄ istum modum dicatur ordo fuisse talis. Accipit panē et benedixit dicens Hoc est corpus meū. et fregit et dedit discipulis suis dicens Accipite et manducate ex hoc omnes: solū hoc p̄ticipium dicens reiterando. vel q̄ ista tria respiciat: scz fregit benedixit et dedit Sequitur Et fregit. scdm̄ numerū discipulorū Innocētius querit quid xpc̄ fregit. et quid nos frangim⁹. non potest dici q̄ corpus suū. quia dicit innocētius. q̄uis edebat. nō tñ ledebatur. et si ibi lesum non fuit. nec mō corpus eius frangitur q̄ iam est impassibile. Fuerūt quidam qui dixerūt. q̄ sicut post cōsecrationē vera accidencia panis remanēt. scilicet

albēdo. rotunditas. sapor. grauitas rē sic et vera substantia panis post cōsecrationem remaneret Et probant hoc sic. rōne et auctoritatibus / quia sicut substantia materialis non potest subsistere sine accidentibus. sic accidentia non possunt subsistere sine substantia. quia accidentis esse est in esse substantie vij. metha. Et cōsequenter isti dicūt. q̄ post cōsecrationem sub speciebus est substantia panis et verum corpus christi. sicut et sub speciebus vini est substantia et sanguinis christi. Quorum vnum probat sensus. alterum credit fides. Sed tunc respondent ad questionem. q̄ substantia panis frangitur et atteritur dentibus. inducētes ad hoc auctoritatem beati pauli ad Cor. x. dicentis Panem quem frangimus / nōne participatio corporis domini est. hec opinio erronea ē. et oīno falsa. Et ergo aliter est dicendum / q̄ post cōsecrationem panis / desinit esse substantia panis. nec est ibi alius panis nisi caro xpi que nomine panis p̄pter certas methas foras designatur. iuxta quod domin⁹ ait. Panem quem ego dabo caro mea est Ite apls. i. ad Cor. xi. Quotiescumq̄ manducabitis panem hunc rē. Cū beatus Ambrosius de cōsec. dil. ij. ca. omnia dicit. Licet in sacramento forma panis et vini videatur. nihil tamē aliud post cōsecrationem q̄ caro et sanguis christi credenda est Et subdit: Panem quem in misterio sumimus. illum inteligo: q̄ manu sp̄s sancti i vtero vginis format⁹ / et in ara crucis igne passiois decoct⁹ ē Et vt mirabili loqr̄ Nō alia caro plane. q̄ que nata est d̄ maria vginē et passa in cruce. et resurrexit d̄ sepulcro. Ex quibus patet. q̄ post cōsecrationem non manet substantia panis.

Quod declaratur sic rationib⁹ Quia si remaneret substantia panis. sacerdos non posset vna die bis celebrare. et in qualibet missa sacerdos peccaret mortaliter. Primum patet sic. qz sumens substantia panis non est ieiun⁹. s; ad missae celebratione requiritur qz celebrans sit ieiunus ieiunio nature vt patuit s. li. i. Scdm similiter sic patet. qz post pane sumptu sumeret calice z sanguine dñi. et sic sumeret sanguine xpi non ieiunus et psequens mortaliter peccaret. Et qz dicunt accidentia non subsistere sine subiecto etiam est necesse. qz potest psuaderi ratione qz forma maiore dependentia habet ad materia qz accidentis ad subiectum. sed forma subsistere potest sine subiecto aut sine materia. z maxime intellectiva que est forma carnis humane igit⁹ zc. Maior pbatur. qz ex materia et forma fit vnu per se. z ex subiecto et accidenti fit vnu p accidentes sed minor patet. ij. de anima / et. iij. vbi dicitur. Sepatur autem hoc ab hoc ta qz perpetuu a corruptibili Sed tunc queritur. quid frangit sacerdos in sacramento et quid frangit xpc. Dicendum est qz forma et species panis frangit. et sic simili modo species panis atteritur dentibus Et generaliter nota. qz omnia verba que signant corruptione vel attritione. et poicantur de eucaristia. referuntur ad illas species quas vides. z non ad corpus xpi Ea vero que notant acceptione referuntur ad corpus christi z Verbi gratia. cu dicitur corp⁹ christi masticatur. frangitur. atteritur. diuidit⁹ sensus est. qz species illa frangitur. teritur. diuiditur. sub qua est ipm corpus christi verum. Similiter cum dicitur. corp⁹ christi videtur gustatur. sensus est iste species videtur gustantur.

et non ipm ver⁹ corpus xpi / qd ibi latee sub illis speciebus Et tales species persequens possunt replere ventre z laciare. et a mure vel ab alio animali corrodidi. non autem ipm veru corp⁹ xpi. Qñ autem dicitur. corpus xpi accipitur vel sumitur. ab isto datur isti. ex quo talia verba non significat corruptione: ideo referenda sunt ad corpus christi Un bñ dicitur Corpus christi sumitur accipit⁹ datur. non tamen illa species corporis christi Berengari⁹ quippe vt dicit de pfe. dis. ij. ego. Quia suspectus habebatur d heresi. ne remaneret anguis sub herba. ad maiorem expressione / coram nicolao papa. centum et tredecim presulibus est pfectus panem z vinu que in altari ponuntur. post psecrationem non solum sacramentu. sed etiam corpus et sanguine xpi esse z sensualiter / non solum sacramentu / sed etiam in veritate manibus sacerdotu tractari. frangi. et dentibus atteri. quod tamen non est intelligendum. qz corpus xpi ita frangitur z dentibus atteritur. cu sit immortale z impassibile. sed species sub quib⁹ est ver⁹ corpus xpi et sanguis / dentibus atteritur et frangitur. Et quo et quare fiat fractio vl attritio beatus August⁹ ostendit dicens. Qñ xpc manducatur. reficit et non deficit. nec quando manducam⁹. partes de illo facimus. sed quidē illud sacramentum sic fit. Nam z xpc carnale sensum redarguit discipuloz. qui putabant carne eius sicut et alia carnem diuidendam in ptes. et moribus lacerandam. vt dicit de pfe. dis. ij. Qui manducat Sed queritur. si mus coroderet hostiam psecratam. vel si incineraretur. aut cremaretur. qd tunc esset faciendum Ad hoc respodet Innoc⁹ sicut miraculose substantia panis pvertitur in corpus

xpi/ et incipit esse sub sacramento. sic
 illud quod mus corrodit miraculose re-
 uertitur in substantia panis. et desinit
 esse corpus xpi. Mus em̄ vel aliud bru-
 tum nō est capax hui⁹ sacramenti. quia
 illud sacramētū sumitur. aut ad salutē.
 aut ad eternam damnatiōē. sed mus
 nullius illoꝝ est capax. Et quādo dictū
 est q̄ substantia panis reuertitur/ non
 est intelligendū q̄ eadē substantia pa-
 nis reuertatur que prius transiuit. et trā
 substantiata est in carnem. sed alius pa-
 nis miraculose reuertit̄ et de nouo cre-
 atur. Ita dicit magister exponēs sum-
 mam sacrificioꝝ. Et sic scdm̄ prius dicta
 dicitur. q̄ species incinerātur et corro-
 duntur/ nō autē corpus xpi. Cū statu-
 tum est in cōcilio aurelianensi. q̄ qui nō
 bene custodierit sacrificiū. et mus vel
 aliquod aliud animal illud cōmēderit.
 quadraginta diebus debet penitere.
 Qui autē illud p̄iderit in ecclesia. aut
 pars ei⁹ ceciderit et inuenta fuerit. tri-
 ginta dieb⁹ peniteat. Sequitur de
 dit. Hic solet queri/ quale corpus xpi ē
 cena dedit discipulis suis. an mortale/
 vel immortale. passibile an impassibile.
 Innocētius respondet. Ego diuina sa-
 cramenta magis venerāda q̄ discutē-
 da profiteor/ simplicitati fidei sufficit si
 dicatur. q̄ tale dedit quale voluit. Et
 rursus quale dederit. ipse nouit. Fue-
 runt tamen quidā qui dixerunt. q̄ dñs
 dedit discipulis suis corpus immortale
 et impassibile. Et p̄sequenter dixerunt
 sicut idem veraciter erat qui dabat et
 qui dabat. ita in eo q̄ dabat erat passi-
 bilis et mortalis. sed in eo q̄ dabat erat
 impassibilis et immortalis. sicut visibili-
 ter gestabat et inuisibiliter gestabatur.
 Inuisibiliter in quā. q̄tum ad formam
 xpi. nō autem q̄tum ad speciem sacra-

menti. Nam in eo q̄ gestabat qd̄ erat
 hoc apparebat. in eo vero q̄ gestabat
 quod erat ipse nō videbatur. Et ergo
 probaret q̄ mortalis erat/ nō necessita-
 te sed voluntate. eo q̄ inuisibilis erat ab
 omni culpa/ liber erat ab omni pena: su-
 scipit sp̄te mortalitatem. q̄ mortem
 sustinere valebat q̄ si mortalitatem nō
 suscepisset. oīno mori nō potuisset. Et
 ergo probaret q̄ mortalis erat/ nō ne-
 cessitate sed voluntate/ q̄ voluit mor-
 talitatem deponere: et immortalitatem ac-
 ceperet. Hec etiam in euāgelio. q̄ dum
 iudei dicebant. iesum ad sup̄cilium mō-
 tis vt precipitaret eū. ipse transiens p̄
 medium illoꝝ ibat. Cū esset ducendus
 sicut passibilem teneri tolerabat. sed
 cum esset precipitandus/ sicut impassibi-
 lis p̄ medium illoꝝ ibat. Quā quattuor
 sunt pp̄ietates corpis glorificati. scz
 subtilitas. agilitas. claritas. et impassi-
 bilitas. Singulas has pp̄ietates sibi
 christus sigillatim et diuim̄ assumpsit
 ante q̄ resurgens ex mortuis naturam
 corpis glorificati induisset. Subtilita-
 tem cū nasceretur ex uirgine. q̄ tran-
 sivit p̄ uerū uirginis nō corrupēdo
 matris integritatē. Claritatē. cū trās-
 figurabatur in monte. Agilitatem/ q̄
 incedebat sup̄ mare. sed impassibilita-
 tem accepit. cū manducaretur in cena.
 Sicut em̄ passibilitatē exhibuit in cor-
 pore immortali/ cū post resurrectionē
 ostendit manus et latus. sic in corpore
 mortali signū impassibilitatis ostēdit/
 cum carnē et sanguinē ante passionem
 in cena exhibuit. Et licet ista subtiliter
 sint dicta. tamen p̄tra ea oritur grādis
 difficultas. quia posito q̄ aliqua pars
 sacramenti p̄ tridūū mortis xpi fuisset
 reseruata. sequeretur q̄ idem corpus
 iacuisset mortuū in sepulcro. et māsisset

vinum sub sacramento Et q̄ idem corpus in ara crucis paciebatur. ⁊ sub forma panis non ledebatur. Ergo alij aliter dicunt. sicut Innocentius dicit Salua fide. ⁊ in magist. iij. sen. dist. xi. q̄ xpus tale corpus dedit discipulis suis. quale habuit. sed tunc habuit mortale ⁊ passibile. ergo dedit eis corpus mortale et passibile. tamen sub speciebus panis et vini non habebat se passibiliter. Et sic in nocentius respondet tacite questioni. quasi diceret aliquis. Si dominus in cena dedit discipulis corpus passibile. ⁊ non ledebatur per masticationem. ⁊ non respondet. Responderi videtur. Licet xpc passibilis erat ratione humane nature. tamen non ledebatur ratione diuine potentie per quam facere potest quiddam vult. Nunc autem a nobis sumitur in mortale corpus ⁊ impassibile. eo q̄ iam corpus suum est glorificatum. Nec tamen nunc maiorem efficaciam habet. sicut nec maiorem potentiam. Et si diceret aliquis: tunc illud sacramentum nunc/et quod tunc dedit/ non essent eadem rationis. Respondet. q̄ solum differunt penes accidens appetitatem. scilicet passibile et impassibile. Sed ista diuersitas non facit diuersitatem sacramenti. eo q̄ eadem est materia sacramenti nunc sicut tunc. et eadem forma. et idem pretium sub speciebus nunc sicut tunc Sequitur discipulis suis. Ad designandum q̄ hij qui sunt discipuli xpi/ illud sacramentum digne suscipiunt et non alij. Discipulus xpi es. si firmiter credis que xpc credenda ostendit. q̄ multi abiit retro. et iam non cum xpo ambulat ex eo q̄ verbis eius non crediderunt dicentes Durus est hic sermo. quis potest eum capere. iohis. vi. Unde bern. in ser. de cena domini. Nec hunc solidum panem digne poterit manducare. q̄ fide catholi-

cam voluerit infirmare. Discipulus xpi es. si feceris ea que precepit. secundum quod dominus dicit discipulis suis. Beati eritis si ea feceritis que precipio vobis. Ioh. xij. Qui mandatum domini non ignorat. necesse est ut secundum illud viuere non negligat. Nam seruus sciens voluntatem domini sui et non faciens plagis vapulabit multis: qui autem fecerit diuitijs ⁊ honoribus ditabitur. Et dominus dicit Ioh. xij. In hoc cognoscent homines q̄ discipuli mei estis. si dilectionem habueritis ad inuicem. Super quo dicit beatus bern. In hoc discernuntur filij lucis a filijs tenebrarum. discipuli xpi a discipulis dyabolici gremium caritatis ad inuicem ⁊ ad homines expandunt. Nec caritas amica regis eterni/ non timet intrare ad deum/ ⁊ confidenter intrat lectulum salomonis. ⁊ recondere dedignatur/ nisi sub pectore christi. Si inter vos fratres dominabitur hec regina virtutum. perfectio cognoscent omnes pusilli et magni q̄ vere erim? discipuli domini. Qui caritatem non habet. iam non est eius qui dedit mandatum caritatis discipulus. nec huius sacramenti dignus preceptor. Et credite mihi fratres. si quis de hac scola xpi/ ⁊ doctrina spiritus sancti exierit. ⁊ in hac doctrina non perseuerauerit. absque dubio in eternum peribit. Sed dubium est. utrum iudas cum alijs discipulis eucaristiam acceperit. De isto dubio pertrauersa inter euangelistas videtur esse. Lucas ostendit iudam interfuisse cum alijs/ ex eo q̄ statim post donationem calicis. traditionem memorat dicens. Sic est calix noui testamenti/ in sanguine meo qui pro vobis tradetur. Et tunc ecce manus tradetis mecum est mensa luc. xxij. Quot quot autem interfuerunt eucaristiam acceperunt/ marco testat et bibeat ex hoc oes iuxta hoc q̄ ipse

christus preceperat teste matheo. **B**ibe ex hoc omnes. Sed in strarium/ q[uod] iudas n[on] interfuit ostenditur sic. **Q**u[ia] s[ecundu]m matheu[m] iesus dixit bibentibus calicem Non bibam ammodo de hoc genere vine vitis vsq[ue] in diem illu[m]. cu[m] bibam illud nouu[m] vobiscum in regno patris mei. Iudas ergo n[on] aderat. q[uia] cum eo non erat bibitur[us] in regno viuentium quoru[m] nullum excipiens ait pro vobis effundetur. sed alioru[m] multos excepit. cum inquit pro multis effundetur in remissionem peccatoru[m] **U**n[de] s[ecundu]m ioh[ann]em cu[m] xpc[us] discipulis dixisset. **B**eati eritis si feceritis ea q[ue] statim excepit dicens. **N**on de omnib[us] dico. scio em[im] quos elegeri. **E**t iteru[m] **E**los mundi estis sed n[on] omnes. **I**tem q[uod] iudas n[on] acceperat eucaristiam. videtur esse illud ioh[annis]. **q**uia cu[m] iudas accepisset bucellam panis/ exiit continuo. erat em[im] nox. xpc[us] autem post alios cibos tradidit eucaristiam. **l**uca testante. qui ait. similiter et calicem postq[ue] cenauit dicens. **E**lide[re] ergo q[uod] iudas prius exiit/ q[uod] xpc[us] tradiderit eucaristiam. **R**elinquitur ergo dubium q[uo]d in hoc casu sit tenendu[m]. **I**n nocentius r[ati]o[n]et. **I**llud forte esse tenendu[m]/ sine p[re]iudicio alioru[m] euangelistar[um] quod ioh[annes] p[ro]memorat: qui videtur innuere. q[uod] iudas anteq[ua]m xpc[us] tradidit eucaristiam exiisset. et per se sequens accepit. q[uod] autem lucas post calicem commemorat traditione[m]/ per recapitulationem potest intelligi. que sepe fit i[n] sacra scriptura. vt quod prius factu[m] fuerit/ posterius enarretur. **M**atheus em[im] biuiduo ante festum pasche p[ro]memorat effusionem vngenti esse factam. **J**oh[annes] aut[em] ante sex dies pasche **B**eat[us] bern[ardus] in ser. de cena d[omi]ni quado exponit illud quod facis fac citius dicit **Q**uidam pu-

